55642. — *Hugoni de Saxoferrato*, mon. heremi S. B. de Montefano, Camerinen. di., et sacerdos, fit prior ejusdem monast. per priorem soliti gub., vacantis per obitum Mathæi et kal. januarii anno XIV[a] reservati. — In e. m. conventui dicti heremi et universis prioribus et conventibus prioratuum eidem subjectorum. (*A.* 40, f. 181 [a]; *V.* 101, ep. 286).

Ut s. T. XV, XVII.

55643. — *Mag. Petro Genesta*, PP. familiari. Paroch. ecclesia s. Jacobi de Carnificina Parisien. per obitum Guillelmi Rasseti vacans et dispositioni PP. reservata mag. Petro de Vico motu proprio collata fuit; demum inter eumdem et Guillelmum Raynardi, ad se dictam eccl. pertinere legitime prætendentem, orta super eadem eccl. materia quæstionis et causa per appellationem dicti Guillelmi Raynardi ad S. A. devoluta Papa causam Gondisalvo, archiep.o Calaritano, tunc capellano apostolico et auditori causarum primi gradus nostri palatii primo et demum Bertrando, archiep.o Ebredunen., audiendam commisit, coram quo lite pendente idem Petrus de Vico extra romanam curiam viam fuit universæ carnis ingressus, sicque in causa ulterius minime fuit processum. Petrus subrogatur dicto Petro de Vico in omni jure quod habebat de dicta eccl. s. Jacobi non obst. in Nivernen. et Belnen. eccl. canon. et præb.; dimittat vero archipresbyteratum s. Affricani cum eccl. de Ruppescissa Æduen., Vabren. et Ruthenen. di. — In e. m. Albien., de Brya Parisien. ac Aureliacen. Claromonten. archidiaconis eccl. (*A.* 40, f. 333 [a]; *V.* 101, ep. 604).

Ut s. T. XVI.

55644. — *Willelmo de Canal*, clerico non conjugato Wellen. di. nec in ord. sacris constituto, conc. tabellionatus. (*A.* 42, f. 39 [a]; *V.* 103, ep. 992).

Ut s. T. XII.

55645. — *Gasberto, archiep.o Arelatensi*, mand. ut fiat cursor apostolicus Joannes dictus de Lengres, civis Lingonensis. (*A.* 42, f. 219 ; *V.* 103, ep. 1503).

Ut s. T. X ½, XII ½.

55646. — *Mariellucio Justini de Urbe* prov. canon. sub exp. præb. eccl. Velletrensis, non obst. clericatu chori basilicæ principis apostolorum de Urbe. — In e. m. archipr. ss. Celsi et Juliani, et Nicolao Brancæ, S. M. Majoris de Urbe, ac Jacobo Alexii, Narnien. eccl. can. (*A.* 41, f. 216 [a]; *V.* 102, ep. 1713).

16 nov. 1331 (XVI kal. dec). T. XX.

55647. — *Guidoni de Tauriolis* archidiaconatus c. c. Combraliæ in eccl. Lemovicen. ex eo vacans quod Petrus Rogerii paroch. ecclesiam de Lauserta fuerat assecutus, collatus fuit, non obst. in eadem Lemovicen. et in Ahenten. eccl. canon. et præb., cum obligatione dimittendi ac paroch. eccl. de Chamboliva, Lemovicen. di.; verum quia prædicta gratia esset sibi inutilis nisi ecclesiam de Chamboliva una cum dictis archidiaconatu, canonicatibus et præb. retineret eo quod, licet idem archidiaconatus sit honorabilis, modici existit tamen valoris, dispensatur ut eccl. de Chamboliva libere valeat retinere. (*A.* 40, f. 173 [a]; *V.* 101, ep. 272).

Ut s. Gr.

55648*. — Reducitur numerus scriptorum litt. apostolicarum stabilitus sub Clemente papa V in XC ad LXX. (*A.* 40, f. 235 [a]; *V.* 101, ep. 474).

Ut s. T. XVI.

55649. — *Thomæ de Hulle*, cler. non conjugato nec in sacris ord. constituto Wellen. di., conc. officium tabellionatus. (*A.* 42, f. 39 [b]; *V.* 103, ep. 993).

Datum *Avenione*

17 nov. 1331 (xv kal. dec.). T. XVI.

55650. — *Guiomar Gonsalsi*, moniali monast. de Arauca, Cistercien ord., Lamecen. di., facultas ut ad omnes administrationes ejusdem monast., citra abbatialem tamen dignitatem, licite valeat assumi, defectu natalium non obst. (*A*. 40, f. 181 b; *V*. 101, ep. 301).

Ut s. T. XX.

55651. — *Ep.o Colimbriensi*. Oblata Gonsalvi, archiep.i Bracharensis, petitio continebat quod paroch. ecclesia de Villanoves de Panoniis, Bracharen. di., ratione loci, in quo situata existit, pro defensione Bracharen. et aliarum eccl. vicinarum est eidem eccl. Bracharen. plurimum opportuna, mand. ut uniat mensæ Bracharensi præfatam paroch. ecclesiam cum juribus et pertinentiis suis. (*A*. 40, f. 184 b; *V*. 101, ep. 304).

Ut s. T. XX.

55652. — *Joanni Stephani, mon. monast. de Palumbario, O. S. B., Bracharen. di.*, consideratione Beatricis Portugaliæ reginæ, qui O. F. M., quem professus fuerat, de licentia sui superioris egressus et ad monast. prædictum se transferrens in eodem receptus fuit in monachum, dispensatur ut prioratus, administrationes, ecclesias ac prælaturas quascumque c. c. vel s. c. in di. præfata existentes, consuetos vel consuetas per mon. dicti O. S. B. gubernari, etiamsi abbatiæ fuerint, libere recipere et retinere valeat. (*A*. 40, f. 185; *V*. 101, ep. 305).

Ut s. T. XIV, XVI.

55653. — *Gunsalvo, archiep.o Bracharensi*, facultas ut ecclesias, monasteria et alia loca ecclesiast. suarum civitatis, di. ac provinciæ visitat per alium. — In e. m. cantori Lamecen., et Stephano Pelagii ac Joanni Regis, can. Bracharen. eccl. (*A*. 40, f. 185 b; *V*. 101, ep. 306).

Ut s. T. XI, XIII.

55654. — *Guigoni de Malobosio*. Cum hodie Bernardo Hugoneti de prioratu conventuali de Chamaleriis, O. S. B., Anicien. di., fuerit provisum, ipsi reservatur prioratus conventualis s. Petri de Monasterio Aniciensis, O. S. B., monasterio s. Theofredi immediate subjectus ac consuetus, per mon. ipsius monast., cujus existit mon., assignari; dimittat vero prioratum de Vivo, O. S. B., Gratianopolitanæ di., per mon. dicti monast. solitum gubernari. — In e. m. priori Bonæfidei, Vivarien. di., et præposito Anicien., ac Guillelmo de Rocosello, can. Lodoven. eccl. (*A*. 40, f. 192 a; *V*. 101, ep. 318).

Ut s. T. XI, XIII.

55655. — *Bernardo Hugoneti prædicto* reservatur prioratus dictus de Chamaleriis vacaturus per adeptionem faciendam de prioratu conventuali s. Enimiæ, O. S. B., Mimaten. di., a Stephano Hugoneti; dimittat jam dictum prioratum s. Petri. — In e. m. ut s. (*A*. 40, f. 192 b; *V*. 101, ep. 319).

Ut s. T. XII, XIV.

55656. — *Stephano Hugoneti prædicto* confertur præfatus prioratus s. Enimiæ vac. per obitum Bertrandi Eracley et reservatus II kal. aug. anno XV°; dimittat vero prioratum prætactum de Chamaleriis. — In e. m. ut s. (*A*. 40, f. 192 b; *V*. 101, ep. 320).

Ut s. T. II.

55657. — *Gonsalvo, archiep.o Bracharensi*. Cum ecclesia Bracharen. quasdam domos, quæ de concilio nuncupantur vulgariter, prope capellam s. Girardi Bracharen. et quasdam alias domos in civitate Bracharensi, in quibus ad præsens capellam quamdam facit construi, habere dinoscitur (quæ quidem domus de concilio eidem capellæ sunt unitæ), conc. ut pro capellanorum, qui in eadem capella pro tempore in divinis deservient, et aliquorum pauperum habitatione omnes domus prædictas auctoritate apost. deputare valeat cum consilio tamen capituli eccl. Bracharensis. (*A*. 40, f. 198 b; *V*. 101, ep. 330).

Ut s. T. II.

55658. — *Eidem* conc. licentia emendi terras et possessiones usque ad valorem 6 000 florenorum auri e redditibus eccl. Bracharensis pro construendis et dotandis quibusdam capellis. (*A*. 40, f. 198 b; *V*. 101, ep. 329).

Ut s.

55659. — *Eidem* conc. ut in locis quæ ipsi integram procurationem non solvunt, unum personaliter visitando valeat alia usque ad summam integræ procurationis per alios visitare. (*V*. 101, ep. 345).

Datum *Avenione*

17 nov. 1331 (xv kal. dec.). T. XII, XIII.

55660. — *Guidoni de Prevenqueriis* motu proprio reservatur prioratus s. Andreæ Vallisborinæ, O. S. B., Nemausen. di., vacaturus per adeptionem faciendam de prioratu de Vebrono, O. S. B., Mimaten. di., a Raymundo de s. Germano; dimittat camerariam prioratus conventualis s. Enimiæ, O. S. B., Mimaten. di. — In e. m. abbati monast. Ananiæ, Magalonen. di., et Garino de Canilhaco, Bituricen., ac Sicardo de Galhaco, Mimaten. eccl. can. (*A*. 40, f. 341 [a]; *V*. 101, ep. 621).

Ut s. T. XI, XIII.

55661. — *Raymundo de s. Germano* motu proprio reservatur præfatus prioratus de Vebrono vacaturus per adeptionem faciendam de prioratu de Vivo, O. S. B., Gratianopolitanæ di., a Bernardo de Ligons; dimittat prædictum prioratum s. Andreæ. — In e. m. præp. Anicien., et ejusdem ac Engolismen. eccl. decanis. (*A*. 40, f. 343 [b]; *V*. 101, ep. 623).

Ut s. T. XI, XIII.

55662. — *Hugoni de Galan*, cum hodie Odiloni Iterii, eleemosynario prioratus Lingoniæ, O. S. B., Mimaten. di., de officio camerariæ monast. s. Theotfredi O. S. B., Anicien. di., provisum fuerit, officium eleemosynariæ dictæ, consuetum per mon. ipsius monast., cujus existit mon., gubernari, motu proprio reservatur. — In e. m. priori de Chamaleriis, Anicien. di., et scolastico Constantien., ac sacristæ Mimaten. eccl. (*A*. 40, f. 343 [b]; *V*. 101, ep. 624).

Ut s. T. XI, XIII.

55663. — *Odiloni Iterii prædicto* reservatur præfata cameraria vacatura per adeptionem faciendam de cameraria prioratus s. Enimiæ, O. S. B., Mimaten di., a Bertrando de Balma, motu proprio; dimittat prædictam eleemosynariam. — In e. m. abbati monast. Casædei, et priori Chamaleriarum, Claromonten. et Anicien. di., ac præp. eccl. Aniciensis. (*A*. 40, f. 344 [a]; *V*. 101, ep. 625).

Ut s. T. XI, XIII.

55664. — *Prædicto Bertrando* reservatur motu proprio cameraria prioratus s. Enimiæ prætacta vacatura ut s. dicitur (n. 55560); dimittat camerariam reservatam Odiloni Iterii. — In e. m. priori Bonæfidei Vivarien. di., et præp. Anicien., ac sacristæ eccl. Mimaten. (*A*. 40, f. 344 [b]; *V*. 101, ep. 626).

Ut s. T. XI, XIII.

55665. — *Bernardo de Ligons* reservatur prioratus de Vivo, O. S. B., Gratianopolitanæ di., vacaturus ut s. dicitur (n. 55651); dimittat prioratum de Vebrono, O. S. B., Mimaten. di. — In e. m. abbati monast. s. Joannis, et priori s. Laurentii Gratianopolitani, ac Guillelmo de Rocozello, can. Lodovensi. (*A*. 40, f. 354 [b]; *V*. 101, ep. 641).

Ut s. T. XL.

55666. — *S. Petri Perusini, s. Gaudentii prope Ariminum et s. Benedicti de Gualdo Nucerin. di., monast. abbates* dantur ut judices conservatores Franscisco, abbati s. Crucis de Triputzo et administratori S. M. de Sitria, O. S. B., Camerinen. et Nucerin. di. (*A*. 42, f. 122 [b]; *V*. 103, ep. 1247).

19 nov. 1331 (xiii kal. dec.). T. XI, XIII.

55667. — *Audoino Alberti* prov. canon. eccl. Nivernen. sub exp. præb. — In e. m. de Fagia et s. Nicolai Nivernen. prioribus, ac succentori eccl. Parisien. (*A*. 40, f. 135 [b]; *V*. 101, ep. 203.

Ut s. T. XV, XVII.

55668. — *Guidoni Radulphi, PP. famil.*, conferuntur canon., præb. et præpositura eccl. Forcalqueriensis, Sistaricen. di., vac. per obitum Rostagni de Claromonte et reservata III id. apr. præcedentis, motu proprio. — In e. m. archiep.o Aquensi, et archid. de ultra Dordoniam in eccl Petragoricen., ac præposito Sistaricen. eccl. (*A*. 40, f. 142 [a]; *V*. 101, ep. 210).

Ut s. T. XI, XIII.

55669. — *Joannes de Sarrescuderio* fit can. Vivariensis; non obst. quod paroch. eccl. s. Nicolai de Formigeriis, Vivarien. di., ac chorariam in dicta eccl. Vivariensi (quam omnino dimittere teneatur) obtineat. — In e. m. ep.o Aurasicen., et decano Engolismen., ac Frederico de Parma, can. Autisiodoren. eccl. (*A*. 40, f. 146 [a]; *V*. 101, ep. 218).

Ut s. T. XXX.

55670. — *Ep.us Perusinus et s. Petri prope Perusium ac s. Petri de Assisio monast. abbates* dantur ut judices conservatores abbati et conventui monast.

Datum *Avenione.*

s. Joannis Montisherilis, O. S. B., Perusinæ di. (*A.* 40, f. 148 b; *V.* 101, ep. 224).

19 nov. 1331 (XIII kal. dec.). T. XI, XIII.

55671. — *Bonojoanni quondam Basiani de Ponte* prov. canon. eccl. Laudensis, sub exp. præb. — In e. m. abbati s. Petri, et s. Marchi, per priorem soliti gubernari, monast. ac s. Bartholomæi Lauden. prioribus. (*A.* 40, f. 159 a; *V.* 101, ep. 241).

Ut s. T. XIII, XV.

55672. — *Raymundo de Genebreda* prov. paroch. ecclesiæ s. Nicolai de Lora, Rothomagen. di., per obitum Petri, ep.i Portuen., vacantis, consid. Bernardi de Genebreda, prioris prioratus de Longavilla, Cluniacen. ord., di. Rothomagen., ad cujus præsentationem eadem eccl. pertinere dicitur; non obst. quod beneficium ecclesiast. cum cura vel sine cura ad collat. ep.i Sarlaten. per septenniun expectet; quæ gratia exp. nullius existat roboris. — In e. m. archiep.o Aquen., et abbati monast. de Bazciaco, Xanctonen. di., ac priori s. Orientii Auxitan. (*A.* 40, f. 164 a; *V.* 101, ep. 246).

Ut s. T. XI, XIII

55673. — *Joanni de Loberio,* pro quo Fulcaudus archiep.us et decanus et capitulum Bituricen. supplicarunt, gratia exp. benef. ecclesiastici c. c. vel s. c. ad dictorum archiep.i, decani et capituli pertinentis; non obst. quod canon. et præb. in dicta de Capella prope Creciacum, et vicariam perp. in Bituricen. et canon. sub exp. præb. in de Castro eccl., Bituricen. di., obtineat. — In e. m. abbati monast. s. Auchosii Bituricen. et decano de Castro Bituricen., ac Joanni de Sinemuro, can. Æduen. eccl. (*A.* 40, f. 189 a; *V.* 101, ep. 312).

Ut s. T. XII.

55674. — *Archiep.o Salernitan., et abbati monast. s. Severini Neapolitan., ac Geraldo de Valle, can. Neapolitano.* N. m. Odolinæ de Claromonde, comitissæ Casertanæ, petitionis series continebat quod olim ipsa et n. v. Jordanus Rufus de Calabria, nunc comes Montisalti, Cusentin. di., scientes quod impedimentum affinitatis in quarto gradu erat inter eos, absque dispensatione apostolica de facto per verba ad invicem contraxerunt matrim., ex hoc a jure latam excommunicationis sententiam incurrendo, ac deinde tacito de hujusmodi contracto matrimonio et de dicta excommunicationis sententia non habita mentione dispensationem subreptitia super contrahendo inter se matrimonio impetrarunt dictaque comitissa juris ignara credens dispensationem hujusmodi sufficientem existere solemnizavit matrimonium in facie Ecclesiæ cum eodem, ipsique habitarunt insimul et unam filiam procrearunt. Subsequenter cum diceretur quod præfatus Jordanus et Odolina quarto et tertio affinitatis gradibus se invicem contigissent, ipsa se a Jordano sequestravit eodem propter quod dictus Jordanus contra eam ad effectum finalem quod causa cognita cogeretur ad ipsum redire ad Joannem s. Theodori diaconum card. in certis Italiæ partibus, A. S. legatum, apost. litteras impetravit, nulla in eis de contracto matrimonio inter eos ante obtentam dispensationem prædictam ac de hujusmodi sententia excommunicationis habita mentione, sicque dictus legatus deffinitivam contra dictam comitissam sententiam promulgavit a qua pro parte ipsius fuit ad S. A. appellatum. Igitur mandatur ut faciant super præmissis et singulari justitiæ complementum et quod decreverint per censuram ecclesiasticam sublato appellationis obstaculo firmiter observari. (*A.* 40, f. 191a; *V.* 101, ep. 317).

Ut s. T. XII, XIV.

55675. — *Henrico de Weyda* confertur canon. cum præbenda eccl. Trajecten., vac. per permutationem habitam cum Henrico Blavier. — In e. m. Bertrando de s. Genesio, cap. PP., Engolismen., et s. Salvatoris ac s. Petri Trajecten. eccl. decanis. (*A.* 40, f. 204a; *V.* 101, ep. 343).

Ut s. T. XII, XIV.

55676. — *Henrico Blavier* prov. canon. et præb. eccl. s. Bartholomæi Leodien., vac. per permutationem habitam cum Henrico de Weyda. — In e. m. Engolismen. et s. Crucis Leodien. decanis, ac cantori s. Dionysii ejusdem Leodien. eccl. (*A.* 40, f. 204b; *V.* 101, ep. 344).

Joseph Floch Maître-Imprimeur à Mayenne 15-7-1959.

Datum *Avenione*

19 nov. 1331 (XIII kal. dec.) T. XII.

55677. — *Episcopo Tarviensi* mand u', consid. Philippi R. F., cum n. v. Raymundo Garciæ de Lavicania, domino castri Lebonis, et n. m. Sibilia, relicta quondam Arnaldi de Orvesano domicelli vidua, domina de Moussio, Tarviensis et Auxitanæ di., super impedimento quarti affinitatis gradus in matrim. contrahendo dispenset. (*A.* 40, f. 218*b*; *V.* 101, ep. 364.)

Ut s. T. XII.

55678. — *Eidem* mandatur eadem consideratione ut cum Arnaldo, filio prædicti Raymundi, et n. m. Blanciflora, filia jam dictæ Sibiliæ, dispenset super impedimento quarti consanguin. gradus in matrimonio contrahendo. (*A.* 40, f. 211*b*; *V.* 101, ep. 365.)

55679. — *Archiepo Auxitano*[1] idem mand. favore Bernardi, filii dictæ Sibiliæ, et Simonæ, filiæ dicti Raymundi. (*A.* 40, f. 220*b*; *A.* 42, f. 190*b*; *V.* 101, ep. 366; *V.* 103, ep. 1434.)

Ut s. T. XI, XIII.

55680. — *Jacobo Marieti de Portu, clerico Tullensis di.*, gratia exp. beneficii ecclesiastici c. c. (50) vel s. c. (50 l. t. p. s. t. d.) ad collationem ep.i et capituli eccl. Catalaunensis pertinentis. — In e. m. ep.o Fulginatensi, et abbati monast. s. Petri ad montes Catalaunenses, ac priori Wanicastri Catalaunen. di. (*A.* 40, f. 222*a*; *V.* 101, ep. 376).

55681. — *Antonio Barilis de Guarcino*, perp. beneficiato in ecclesia s. Nicolai de Guarcino, Alatrin. di., confertur beneficium ecclesiasticum capellania nuncupatum in ecclesia Patracensi sub exp. præb. — In e. m. ep.o Olenensi, et decano Mothonen., ac scolastico Tullensis eccl. (*A.* 40, f. 224*a*; *V.* 101, ep. 378).

Ut s. T. XI, XIII.

55682. — *Amedeo de Stomentes, priori prioratus de Fonte Mayniæ, O. S. B., Gebennen. di.*, gratia exp. benef. ecclesiast. c. c. vel s. c. (100 l. t. p. s. t. d.) etiamsi prioratus, dignitas, personatus, administr. aut officium existat, consueti mon. monast. s. Andreæ Savigniaci O. S. B., Lugdunen. di., cujus existit mon., assignari et ad collat. abbatis et conventus ejusdem monast. pertinentis. — In e. m. priori Naumaci, Lugdunen. di., et sacristæ sæcularis s. Pauli, ac Hugoni de Vienna, can. Lugdunen. eccl. (*A.* 40, f. 234*a*; *V.* 101, ep. 406).

Ut s. T. XI, XIII.

55683. — *Raymundo Villæ* pro quo Guido, ep.us Majoricen., cujus socius et dispensator domus suæ existit, supplicavit, gratia exp. benef. ecclesiast. cum cura vel sine cura ad collat. ep.i et capituli Majoricen. pertinentis; dimittat paroch. ecclesiam de Porteriis, Majoricen. di. — In e. m. abbati monast. de Regali, Majoricen. di., et decano, ac Arnaldo Squerdi, can. eccl. Majoricen. (*A.* 40, f. 254*a*; *V.* 101, ep. 422).

Ut s. T. XI, XIII.

55684. — *Roderico Ariæ*, consideratione Alfonsi regis Castellæ, prov. canon. eccl. Legionen. sub exp. præb., non obst. quod in Lucen. canon. et præb. et in S. M. de Loredo, Aurien. di., ecclesiis perp. benef. ecclesiasticum obtineat. — In e. m. Abulen. et Cartaginen. ac de Alava Calagurritan. archidiaconis eccl. (*A.* 40, f. 242*a*; *V.* 101, ep. 436.)

Ut s. T. XI, XIII.

55685. — *Joanni Garsiæ*, eadem consideratione, item cum exp. præstimoniorum in ecclesia Zamorensi; non obst. quod in Toletana et Seguntin. eccl. canon. et præb. obtineat. — In e. m. decano Legionen., et Cartaginen. ac de Baroncella Aurien. archidiaconis eccl. (*A.* 40, f. 242*b*; *V.* 101, ep. 437).

Ut s. T. XI, XIII.

55686. — *Bernardo Danrocha* prov. canon. et præb. eccl. Xanctonen. vacantium per obitum Arnaldi Paschalis motu proprio. — In e. m. abbati monast. s. Martialis Lemovicen., et decano Soliacen., Caturcen. di., ac archidiacono de ultra Dordoniam Petragoricen. eccl. (*A.* 40, f. 319*b*; *V.* 101, ep. 564.)

Ut s. Gr. pro pers. card.

55687. — *Guidoni Galvanni* confertur perp. benef. ecclesiast., beneficium decimale s. Albani de Fontaneto Paganelli vulgariter nuncupatum, Bajocen. di., vacans per obitum Adenulphi de Supino et V kal. maii anni XIII reservatum, consideratione Petri tit. s. Stephani in Cœliomonte presb. card. cujus est nepos; non obst. quod personatum de Sukerque, qui est simplex benef. sine cura, Morinen. di., obtineat, ac in Autisiodoren. eccl. sub exp. præb. in canonicum sit receptus. — In e. m. decano Laudunen., et præposito Vauren., ac archidiacono Parisien. eccl. (*A.* 40, f. 321*a*; *V.* 101, ep. 597.)

Ut s. T. XI, XIII.

55688. — *Berengario Bovis, in jure canonico provecto*, pro quo Guido ep.us Majoricen., cujus familiaris existit, supplicavit, prov. canon. ecclesiæ Majoricen. in qua sunt quatuor præposituræ nec dignitates nec personatus existentes nec c. c. sub exp. præb. et unius e prædictis præposituris non obst. quod parochialem eccl. de Silva, Majoricen. di., obtineat. — In e. m. abbati monast. de Regali Majoricen. di., et sacristæ Elnen., ac Michaeli Ricomanni, can. Valentinen. eccl. (*A.* 40, f. 441*a*; *V.* 101, ep. 825.)

1. Litteræ reg. Avinionensis 42 et Vat. 103 mandantur insuper vicario in spiritualibus ejusdem archiepiscopi.

Datum *Avenione*

19 nov. 1331 (XIII kal. dec.) T. XVI.

55689. — *Bertrando Mazani, laico, et Guillelmæ, ejus uxori, Terraconensis di.*, consid. Alfonsi, regis, et Elienoris, reginæ Aragonum, conc. indulgentia plenaria, semel, in articulo mortis (*A.* 40, f. 599b ; *V.* 102, ep. 1235).

Ut s. T. XVIII

55690. — *Ep.o Parisiensi*, consideratione Ludovici ducis Borboniæ, mandatur ut officium tabellionatus duabus personis, quas idem dux ad hoc duxerit nominandas et quas ad illud idoneas esse repererit, dummodo sint clerici non conjugati nec in sacris ordinibus constituti, concedat. (*A.* 40, f. 79*b*; *V.* 102, ep. 1718.)

Ut s. T. XVIII

55691. — *Guidoni, ep.o Majoricen*, facultas concedendi tabellionatus officium duabus personis clericis non conjugatis nec in sacris ordinibus constitutis. (*A.* 40, f. 80*a*; *V.* 102, ep. 1724.)

Ut s. T. XI ½, XIII ½.

55692. — *Junctulo de Camporegio* prov. canon. et præb. eccl. s. Laurentii majoris Mediolanen., vac. per permutationem factam de eccl. s. Leonardi de Campanea, hospitalicio nuncupata, Assisinaten. di., cum Minaciato Ninoli de Perusio; non obst. prioratu sæcularis eccl. S. M. de Mota et in s. Hermetis ac s. Joannis de Pontirolo, Tricastrinæ, Cameracen. et Mediolanen. di., eccl. canonicatibus et præbendis. — In e. m. mag. Rainaldo de filiis Ursi, archid. de Campinia in ecclesia Leodiensi, PP. notario, et abbati monasterii s. Simpliciani Mediolanen., ac Zomfredo de Castana, præp. eccl. de Bollate, Mediolanen. di. (*A.* 41, f. 297*a*; *V.* 103, ep. 116).

Ut s. T. XII ½, XIV ½

55693. — *Magistro Minaciato Ninoli de Perusio, D. D.*, prov. eccl. s. Leonardi de Campanea hospitalicii nuncupatæ, Assisinaten. di., vac. ratione supradictæ permutationis; non obst. in s. Justinæ et s. Martini de Bollate ac s. Trinitatis de Pregio ecclesiis canon. et præb., atque ecclesia s. Petri de Papiano s. c., Paduanæ, Mediolanensis et Perusinæ di. lite de canon. et præbenda Assisinaten. ecclesiæ, et duabus gratiis exp. — In e. m. abbati monast. s. Petri Assisinatensis, et priori sæcularis S. M. de Villigeminis, Perusinæ di., ac Andreæ Bernardoli de Perusio, can. Clusinæ eccl. (*A.* 41, f. 299*b*; *V.* 103, ep. 120.)

Ut s. T. XI, XIII.

55694. — *Bertrandus Fontanelli* fit rector parochialis eccl. de Vico, Caturcen. di. (30 l. t. p.) vacantis per assecutionem auct. apost. factam a Deodato Rotundi de paroch. eccl. de Pachinhs Ruthenen. di. — In e. m. abbati monast. Coronæ, Engolismen. di., et Olrico Saumate, Ruthenen., ac Joanni Manhani, Engolismensis eccl. can. (*A.* 41, f. 309*a*; *V.* 103, ep. 144.)

Ut s. T. XI, XIII.

55695. — *Geraldus Bretenor* fit rector certæ partis eccl. de Albugia c. c., per duos rectores solitæ gub., Petragoricen. di., vac. per permutationem habitam apud S. A. cum Radulpho de Rupe de canonicatu et præb. eccl. s. Aviti senioris, Sarlaten. di. — In e. m. abbati monast. de Cadunio et priori s. Cypriani, Sarlaten. di., ac Guillelmo Audeberti, can. Petragoricensi. (*A.* 41, f. 311*b*; *V.* 103, ep. 149.)

Ut s. T. XI, XIII.

55696. — *Prædicto Radulpho* prov. dictorum canon. et præb. ratione prædictæ gratiæ. — In e. m. de Figiaco et de Montepensato Caturcen. archidiaconis, ac Bertrando de Claromonte, can. Petragoricen. eccl. (*A.* 41, f. 312*b*; *V.* 103, ep. 151.)

Ut s. T. X ½, XII ½.

55697. — *Roderico Sancii, nato Gundisalvi Sancii*, prov. canonicatus eccl. Salamantinæ sub exp. præb. cum præstimoniis. — In e. m. decano Legionen., Cartaginen. et de Alava Calaguritanæ archidiaconis eccl. (*A.* 41, f. 497*a*; *V.* 103, ep. 478).

Ut s. T. X ½, XII ½.

55698. — *Ratherio de Cardalhaco, nato n. v. Guillelmi de Cardalhaco*, prov. canon. sub exp. præb. eccl. Agennensis. — In e. m. monast. Moysiaci, Caturcensis di., et de Segureto Anicien. abbatibus, ac priori sæcularis s. Caprasii Agennen. ecclesiarum (*A.* 41, f. 511*b*; *V.* 103, ep. 507).

Ut s. T. XI, XIII.

55699. — *Bernardo Hugonis de Cardalhaco, nato dicti n. v., baccalario in legibus*, item in eccl. Ruthenensi; non obst. de Villagardello et eccl. de Tayraco cum annexis, Sarlaten. et Ruthenen. di., prioratibus sæcularibus qui nec c. c., nec dign. nec personatus existunt (de prioratu de Tayraco litigat), necnon canon. sub exp. præb. eccl. s. Frontonis Petragoricen. — In e. m. abbati de Secureto Anicien., et majori ac s. Anthonini Ruthenen. archidiaconis. (*A.* 41, f. 512*a*; *V.* 103, ep. 508).

Ut s. T. X ½, XII ½

55700. — *Mag. Joanni de Nucerio, mag. in medicina et in theologia bac.*, prov. canon. sub exp. præb. eccl. Leodiensis; non obst. in s. Petri et s. Crucis Leodien. canon. et præbendis, ac in eadem s. Petri eccl. decanatu. — In e. m. abbati monast. s. Jacobi et decano s. Crucis Leodien., ac Jacobo de Mutina, can. Cameracen. eccl., PP. cap. (*A.* 41, f. 603*a*; *V.* 103, ep. 676).

Datum *Avenione*

19 nov. 1331 (XIII kal. dec.) T. X ½, XII ½

55701. — *Jacobo Alberti de Portu, cler. Tullen. di., in artibus et in medicina magistro.* gratia exp. beneficii ecclesiastici (c. c. 70 vel s. c. 40 l. t. p. s. t. d.) sæculari clerico assueti assignari et ad collat. abbatis et conv. monast. Gorgiensis, O. S. B., Meten. di. — In e. m, ep.o Fulginatensis, et abbati monast. s. Vincentii ac decano eccl. Metensis. (*A.* 41, f. 635*b*; *V.* 103, ep. 743.)

Ut s. T. XI, XIII.

55702. — *Conrado, nato quondam Wernhardi de Friburgo, presb.*, item de beneficio c. c. vel s. c. (15 march. arg. s. t. d.) sæculari clerico solito assignari et ad collat. abbatis et conv. monast. Medlicensis, O. S. B., Patavien. di.; dimittat parochialem eccl. in Geleinstorf, ejusd. di. — In e. m. ep.o Patavien., et decano Patavien., ac archid. Belvacinii Belvacen. eccl. (*A.* 41, f. 636*a*; *V.* 103, ep. 744.)

Ut s. T. X ½, XII ½

55703. — *Wernhardo, nato prædicti Wernhardi, cler. Patavien. di.*, item de simili beneficio ad collat. abbatis et conv. monast. S. M. in Wienna O. S. B., Patavien. di. — In e. m. ut s.- (*A.* 41, f. 636*b*; *V.* 103, ep. 745.)

Ut s. T. X ½, XII ½

55704. — *Thomæ, nato Hugonis Adæ de Asscheburne, cler. Lichefelden. di.*, item de beneficio (c. c. 25 vel s. c. 15 march. arg. s. t. d.) ad collat. abbatis et conventus monast. Cestriæ, O. S. B., Lichefelden. di., et sæculari clerico consueto assignari. — In e. m. decano Lichefeldensis, et Joanni Luterel, Saresbirien., ac Willelmo de Nassyngton, Exonien. eccl. canonicis. (*A.* 41, f. 660*a*; *V.* 103, ep. 792.)

Ut s. T. X ½, XII ½

55705. — *Thomæ, nato Petri dicti Profet de Langetost, presb. Eboracen. di.*, item de simili beneficio ad collat. abbatis et conv. monast. B. M. Eboracen., O. S. B. — In e. m. decano Eboracen., et Joanni Luterell, Saresbirien., ac Ricardo de Solbyry, ejusdem Eboracen. eccl. canonicis. (*A.* 41, f. 660*b*; *V.* 103, ep. 793).

Ut s. T. X ½, XII ½

55706. — *Guillelmo de Cardalhaco, nato n. v. Guillelmi de Cardalhaco*, gratia expectativa prioratus, personatus vel off. c. c. vel s. c. (150 l. t. p. s. t. d.) ad collat. abbatis et conv. monast. Moysiacen., Cluniacen. ord., Caturcen. di., cujus est monachus. — In e. m. ep.o Montisalbani, et abbati monast. s. Petri de Turre Anicien., ac archid. Ruthenensi. (*A.* 42, f. 26*a*; *V.* 103, ep. 967.)

Ut s. T. XVI.

55707. — *Nicolao de Londo*, cler. non conjugato nec in sacris ord. constituto Rothomagen. di., conceditur tabellionatus. (*A.* 42, f. 39 *b* ; *V.* 103, ep. 994.)

Ut s. T. XII, XIV

55708. — *Mag. Guillelmo de Majorica, physico Talayrandi s. Petri ad vincula card. presb.*, confirmatur donatio ipsi facta ad vitam a dicto Talayrando, tunc ep.o Autisiodorensi, emolumentorum officii rotuli seu audientiæ curiæ Autisiodorensis quod antea tenuerat Joannes de Verneto. — Sequitur tenor instrumenti donationis acti apud Villamnovam prope Avinionem die jovis post octavam festi Paschæ anno 1328. — In e. m. ep.o s. Flori et abbati monast. s. Amandi Sarlaten., ac cantori eccl. Lemovicensis. (*A.* 42, f. 160*a*; *V.* 103, ep. 1321.)

Ut s. T. IX ½

55709. — *Archiep.us Patracensis, et cantor Coronensis ac scolast. Tullensis* dantur ut judices executores gratiæ concessæ b. m. Ægidio, patriarchæ Alexandrino, (II id. nov. anno primo) de promotione duarum personarum in can. eccl. Mothonensis favore Nicolai de Castello, decani eccl. Mothonensis. (*A.* 42, f. 219*b*; *V.* 103, ep. 1505.)

20 nov. 1331 (XII kal. dec.) T. XVI.

55710. — *Ep.o Parisiensi.* Significavit Joannes Le Mire, laicus, quod cum Joanna de Pacy, uxor sua, mulier Parisien., in puerperio ita graviter laboraret ut de vita ipsius homines desperabant, idem Joannes, si Deus ipsam ab hujusmodi puerperio feliciter expediret, vovit ut una cum ea limina beati Jacobi apostoli visitaret, ipsaque hujusmodi voto consensit, et quod, licet ipse quidem pro complendo voto præfato arripuerit iter suum, dicta tamen Joanna, pro eo quod consuevit anno quolibet esse prægnans, sicut ad præsens existit non posset sine magno corporis sui periculo votum personaliter adimplere; quare idem Joannes supplicavit ut cum dicta uxor pro complendo in parte votum hujusmodi unam mulierem ad visitandum eadem limina miserit suis sumptibus et expensis, votum præfatum quoad præfatam Joannam dignaretur in alia pietatis opera commutare. Papa dicto ep.o commutandi votum hujusmodi in alia opera pietatis concedit facultatem. (*A.* 40, f. 109*b*; *V.* 101, ep. 182.)

Ut s. T. XI, XIII.

55711. — *Joanni, nato Guillelmi de Aurelianis, clerico Bituricen. di.*, gratia exp. beneficii ecclesiast. (s. c. 40 l. t. p. s. t. d.) spectantis ad collat. archiep.i Bituricen. — In e. m. abbati monast. s. Supplicii, et decano ac archidiacono eccl. Bituricen. (*A.* 40, f. 147*a*; *V.* 101, ep. 221.)

Datum *Avenione*

Ut s.
T. XII.

55712. — *Joanni, electo Novariensi.* Decernitur nullum præjudicium generari archiep.o Mediolanensi ratione consecrationis ejus quam potest recipere a quocumque antistite. (*A.* 40, f. 149*b*; *V.* 101, ep. 225.)

Ut s.
T. XVI.

55713. — *Eidem* prorogatio usque ad festum Resurrectionis temporis recipiendæ consecrationis. (*A.* 40, f. 150*b*; *V.* 101, ep. 226.)

Ut s.
T. XVI

55714. — *Eidem*[1] commendatur monasterium s. Jacobi de Pontida, ord. Cluniacensis, Pergamen. di., resignatum apud A. S. a Fraelino de Monteferrato, monacho monast. s. Majoli Papiensis, ejusdem ord. (*A.* 40, f. 151*a*; *V.* 101, ep. 227.)

Ut s.
T. XX.

55715. — *Ep.o Wormatien. et præposito Frisingen., ac decano Salzburgen. eccl.* Pro parte Ottonis Tuschel n. v. Sweigerii de Saldenawe, militis, subdiaconi Patavien. di., fuit expositum quod ipse, dudum tunc scolaris et in sextodecimo ætatis suæ anno constitutus nec clericali caractere insignitus, canon. et præb. eccl. Ottingen., Salzburgen. di., receperat ac subsequenter nondum decimum octavum ejusdem ætatis suæ annum attingens nec in clericum tonsuratus paroch. ecclesiam in Walchunschitichen, dictæ Patavien. di., assecutus fuerat eamque cum paroch. eccl. s. Joannis inferioris, Patavien. di., postmodum permutarat seque fecerat ad omnes minores ordines promoveri, quam quidem ecclesiam s. Joannis pro paroch. ecclesia in Wilshoven., Patavien. di., similiter permutarat seque fecerat ad ejus titulum in subdiaconum ordinari, ac deinde canon. et præb. majoris et præposituram s. Joannis Frisingen. eccl. alias sibi canonice collata adeptus fuerat, quodque primam per sex menses, secundam vero per tres, et tertiam paroch. ecclesias prædictas per sex annos vel circa tenuerat, et ex tunc canon., præb. et præposituram, quam similiter per duos annos tenuerat, ac paroch. eccl. in Wilshoven. supradicta retinuerat dispensatione aliqua non obtenta; idcirco fuit supplicatum ut providere de oportuno remedio dignaretur. Papa eumdem Ottonem ad quæcumque benef. ecclesiast. obtinenda habilitat ipsique fructus per eum perceptos remisit, sed dimittentur canon., præb. ac præpositura et paroch. eccl. in Wilshoven. Mandatur ut canon. et præb. eccl. Frisingen. eidem Ottoni conferantur, non obst. quod hodie de dicta paroch. eccl. in Wilshoven. ipsi fuerit provisum. (*A.* 40, f. 172*b*; *V.* 101, ep. 268.)

Ut s.
T. XIX

55716. — *Eisdem* mand. ut dicto Ottoni conferant prædictam parochialem eccl. in Wilshoven. (*A.* 40, f. 174*a*; *V.* 101, ep. 269.)

Ut s.
T. XX.

55717. — *Dicto Ottoni* conc. habilitatio ad quæcumque beneficia obtinenda. (*A.* 40, f. 176*a*; *V.* 101, ep. 270.)

Ut s.
T. IIIxvi.

55718. — *Nicolaus Gabrielis*, mon. monasterii s. Benedicti de Padolirone, O. S. B., Mantuanæ di., et sacerdos, fit abbas monast. s. Floriani de Marostica, O. S. B., Paduanæ di. — In e. m. conventui monast.; et ep.o Paduano. (*A.* 40, f. 279*a*; *V.* 101, ep. 476.)

Ut s.
T. XI, XIII.

55719. — *Joanni de Redeswelbe* prov. canon. eccl. Exoniensis sub exp. præb., dign., personatus vel officii c. c. vel s. c.; non obst. canon. et præb. eccl. collegiatæ de Gnoushale, et de Bokyngfold seu de Dauxugberi capellis s. c., Conventren., Lichefelden., Cantuariensis et Londonien. di.; dimittat parochialem eccl. de Gusthenstone, Norwicen. di. (32 march. arg.). — In e. m. abbati monast. Westmonasterii, Londonien. di., et præp. Vauren., ac archid. Celcestriæ Londonien. eccl. (*A.* 41, f. 447*a*; *V.* 103, ep. 384.)

Ut s.
T. XI ½, XII ½

55720. — *Ricardo de Hanyngfelde* prov. canon. sub exp. præb. eccl. de Ripoun, Eboracen. di.; non obst. parochiali eccl. de Sutton, Cantuariensis di. (50 march. arg. s. t. d.). — In e. m. abbati monast. de Westderham, Norwicen. di., et præp. Vaurensis, ac archid. Londonien. eccl. (*A.* 41, f. 485*b*; *V.* 103, ep. 451.)

Ut s.
T. XXIV.

55721. — *Gauceranno de Bellopodio, mil. Valentinen. di.*, conc. indulgentia plenaria semel in articulo mortis. (*A.* 42, f. 95*b*; *V.* 103, ep. 1135.)

Ut s.
Gr.

55722. — *Gaucelino, ep.o Albanensi*, facultas visitandi ad triennium per alium archidiaconatum Ostravarensem in eccl. Atrebatensi. — In e. m. cantori, et Petro de Savinhaco, Atrebaten., ac Chaberto Hugonis de Lugduno, legum professori, Æduen. eccl. can. (*A.* 42, f. 156*a*; *V.* 103, ep. 1301.)

Ut s.

55723. — *Joanni Gouinardi, archipr. archipresbyteratus ruralis de Capellagilonis, Bituricensis di., legum doctori* (60 *l. l. p.*) *s. c.*, confirmatur possessio ad vitam dicti archipres-

1. Hæ tres litteræ in regestro Avinionensi annotantur cum sequentibus verbis : *De Camera.*

Datum *Avenione*

byteratus, ipsi concessa ab archiep.o Bituricensi cujus est domesticus familiaris; conc. insuper facultas retinendi parochialem eccl. B. M. de Eschilhaco (40 l. t. p.) et in s. Petri de Subisia, Xanctonen. di., canon. et præb. (30 l. t. p.) nullius valoris in absentia atque in Xanctonensi eccl. canonicatum sub exp. præb. (*A.* 42, f. 179*a*; *V.* 103, ep. 1395.)

21 nov. 1331 (XI kal. dec.) Gr.

55724. — *Arnaldo n. v. Arnaldi vicecomitis Caramanni* conferuntur rurales eccl. B. M. de Rovegia, de Stagno ac s. Felicis de Baysshano, Biterren. di., III id. april. reservatæ et vacantes per obitum Rostagni de Claromonte, motu proprio. — In e. m. ep.o Castren., et præcentori Biterren., ac Bernardo de Pereto, thesaurario Morinen. eccl. (*A.* 40, f. 154*a*; *V.* 101, ep. 234.)

Ut s. T. XI, XIII.

55725. — *Gonsalvo Stephani* conf. canon. sæcularis eccl. Vimaranen., Bracharen. di., sub exp. præb.; non obst. quod paroch. eccl. s. Mametis de Villamarina, Portugalen. di., et perp. capellaniam in dicta eccl. Vimaranen. sub tali conditione, ut asserit, ordinatam quod clerici de ejus genere descendentes successive tenere debent eamdem, obtineat. — In e. m. cantori Lamecen., et Joanni Regis ac Joanni Pelagii, can. Bracharen. eccl. (*A.* 40, f. 186*a*; *V.* 101, ep. 307.)

Ut s. T. XI, XIII.

55726. — *Joanni Pelagii*, pro quo Gonsalvus archiep.us Bracharen. supplicavit, confertur canon. eccl. Bracharensis sub exp. præb., dignitatis, personatus seu officii c. c. vel s. c.; dimittat vero paroch. ecclesiam s. Cosmæ de Valle, Bracharen. di.— In. e. m. cantori Lamecen., et Joanni Regis, Visen., ac Stephano Pelagii, Portugalen. can. eccl. (*A.* 40, f. 187*a*; *V.* 101, ep. 310.)

Ut s. Gr. pro socio.

55727. — *Mag. Thomæ Neri Albertini de Certaldo, scriptori PP.*, prov. paroch. eccl. s. Remigii Florentini ex eo vacantis quod Franciscus Philippi de Perutiis plebanatum collegiatæ plebis s. Stephani de Campoli, Florentin. di., extitit assecutus. — In e. m. s. Stephani ad pontem Florentin. et de Peretulo, Florentin. di., sæcularium eccl. prioribus, ac Symoni Sapiti, can. Florentin., capellano PP. (*A.* 40, f. 190*a*; *V.* 101, ep. 313.)

Ut s. T. XI, XIII.

55728. — *Stephano Bertrandi* reservantur canon. et præb. eccl. Senonen. quæ Petrus electus Suessionen. obtinet; non obst. quod in Remen. et de Montefalconis, Remen. di., eccl. canon. sub exp. præb. obtineat.— In e. m. præposito Æduen., et archidiacono de Busenceyo Bituricen., ac mag. Guillermo de Campingio, can. Bajocen. eccl. (*A.* 40, f. 194*a*; *V.* 101, ep. 324.)

Ut s. T. XI, XIII.

55729. — *Petro Geraldi*, consideratione Mariæ reginæ Castellæ cujus est clericus, prov. canon. eccl. Aurien. sub exp. præb. et præstimoniorum; non obst. quod in Tuden. canon. et præb. et in Portugalen. ac de Zitofacta, Portugalen. di., eccl. perpetuas portiones obtineat.— In e. m. decano Bracharen., et cantori Lamecen., ac Joanni Vincentii, can. ejusdem Bracharen. eccl. (*A.* 40, f. 195*a*; *V.* 101, ep. 331.)

Ut s. T. XI, XIII.

55730. — *Salvato Joannis* conf. perp. benef., portio seu tercenaria vulgariter nuncupatum, in eccl. Bracharen. vacans ex eo quod Fernandus Petri, can. Bracharen., canon. et præb. ipsa eccl. extitit assecutus; non obst. paroch. eccl. s. Laurentii de Alvelos, Bracharen. di. — In e. m. scolastico Ægitanien., ac Joanni Regis, Visen., ac Joanni Vincentii, Portugalen. can. eccl. (*A.* 40, f. 197*a*; *V.* 101, ep. 334.)

Ut s. T. XI, XIII.

55731. — *Sulikoni Cedæ de Cunitz* prov. canon. ecclesiæ Olomucen. sub exp. præb. — In e. m. Gradicen. et Wellegraden. monast. abbatibus, Olomucen. di., et Andreæ de Verulis, can. Wratislavien. (*A.* 40, f. 452*a*; *V.* 101, ep. 859.)

Ut s. T. X, XII.

55732. — Item *Paulo Stephani de Patritiis* in eccl. S. M. in Cosmedin de Urbe; consid. Joannis s. Theodori diac. card., cujus est familiaris. — In e. m. Leonardo Brancæ, archid. Nannetensi, et Joanni de Insula ac Boboni de Bovescis, canonicis basilicæ principis apostolorum de Urbe (*A.* 41, f. 82*a*; *V.* 102, ep. 1436.)

Ut s. T. X ½, XII ½.

55733. — *Joanni Rogerii*, eadem consid., confertur unum e beneficiis dictis beneficiatibus in basilica principis apostolorum de Urbe; dimittat clericatum chori in ipsa basilica.— In e. m. dicto Leonardo, et archipr. S. M. in Transpadine de Urbe, ac Nicolao Brancæ, S. M. Majoris de Urbe can. (*A.* 41, f. 82*b*; *V.* 102, ep. 1438.)

Ut s.

55734. — *Petro, nato Joannis Bellicadri, civis Bituricen.*, reservantur canon. et præb. ecclesiæ s. Austregisilii de castro Bituricen., vacatura per consecrationem Petri electi Suessionen.; non obst. in Bituricensi eccl. canon. sub exp. præb. — In e. m. abbati monast. s. Sulpitii, et decano Bituricen., ac mag. Guillelmo de Champingio, can. Bituricen. eccl. (*V.* 103, ep. 198.)

Datum *Avenione*

21 nov. 1331 (XI kal. dec.) T. X ½, XII ½.

55735. — *Joanni Ariæ* prov. canon. sub exp. præb. eccl. Ulixbonensis; non obst. in eccl. S. M. de Aquis Sanctis, Portugalen. di., perpetua portione cum quibusdam præstimoniis eidem portioni annexis. — In e. m. cantori Lamecen., et scolastico Ægitanien. ac Stephano Gometii, can. Portugalen. eccl. (*A.* 41, f. 487*a*; *V.* 103, ep. 454.)

Ut s. Gr. pro Deo.

55736. — *Petro Nicolai dicto Lalo, subdiacono Olthonien. di.*, gratia exp. beneficii ecclesiast. s. c. (20 march. argenti s. t. d.) ad collat. ep.i et capituli Ripen. et sæculari clerico soliti assignari. — In e. m. Rurisregii et Loci Dei, Sleswicen. et Ripen. di., monast. abbatibus, ac Willelmo dicto Kraac, can. Lundensi. (*A.* 41, f. 658*a*; *V.* 103, ep. 788.)

Ut s. T. XIV.

55737. — *Decano Ilerden., et Raymundo de Perolo, Tirasonen., ac Bernardo de Minorissa, Barchinonen. can. eccl.*, mand. ut recipi faciant Raymundum de Ulzinellis, cler. Vicen. di., in monast. S. M. de Minorissa, O. S. A., dictæ di. (*A.* 42, f. 83*a*; *V.* 103, ep. 1092.)

Ut s. T. X.

55738. — *Gondisalvo, archiep.o Calaritano*, conc. pallium. (*A.* 42, f. 224*a*; *V.* 103, ep. 1521.)

22 nov. 1331 (X kal. dec.) T. X.

55739. — *Petro de Credonio, thesaurario eccl. s. Martini Turonen.*, facultas ut usque ad triennium jus civile audiat in loco in quo studium vigeat generale, non obst. quod thesaurariam præfatam et cantoriam Andegaven. eccl., quæ dignitates existunt, ex dispensatione S. A. obtineat. (*A.* 40, f. 106*b*; *V.* 101, ep. 181.)

Ut s. T. X.

55740. — *Gondisalvo, archiep.o Calaritano*, facultas recedendi e curia. (*A.* 42, f. 224*a*; *V.* 103, ep. 1520.)

23 nov. 1331 (IX kal. dec.) T. XI, XIII.

55741. — *Fulconi Cati, mon. monast. s. Florentii Salmurien., O. S. B., Andegaven. di.*, pro quo Bertrandus abbas monast. ejusdem supplicavit, gratia exp. benef. ecclesiastici cum cura vel sine cura, etiamsi prioratus, dignitas, personatus aut officium existat, consueti per mon. ejusdem monast. gubernari et ad abbatis et conventus ejusdem monast. collat. pertinentis. — In e. m. priori de Cunaldo, Andegaven. di., et Geraldo Judicis can. ac officiali Andegaven. (*A.* 40, f. 136*b*; *V.* 101, ep. 193.)

Ut s. T. X, XII.

55742. — *Mag. Guillelmo Sanbuc*, pro quo Rogerius, ep.us Lemovicen., cujus officialis existit, supplicavit, prov. canon. sub exp. præb. eccl. Lemovicen.; non obst. quod in Æduen. sub exp. dignitatis, personatus vel officii et in Dauraten. canon. et præb., ac in eadem Dauraten. eccl. subcantoriam, quæ simplex extitit officium, ac paroch. eccl. de Vitraco, Lemovicen. di., obtineat.— In e. m. decano B. M. in Capella Talhafer, et cantori Dauraten., Lemovicen. di., ac Geraldo Judicis, can. Andegaven. eccl. (*A.* 40, f. 137*a*; *V.* 101, ep. 204.)

Ut s. T. XIII, XV.

55743. — *Guillelmo Gualcerandi de Rochabertino* prov. canonicatus et præb. diaconalis eccl. Urgellen. vacantium ex eo quod Berengarius de Porcella archidiaconatum de Ger, alias dictum de Bergua, in dicta eccl. ac canon. et præb. ejusdem eccl. dicto archidiaconatui annexa extitit assecutus; non obst. quod in Ilerdensi canon., præb. ac præposituram sive mensatam, et in Gerunden. ac Barchinonen. canon. sub præb. necnon in eadem Gerunden. subcapellaniarum canonici vel presbyteri exp. eccl., quorum omnium benef. redditus 60 l. t. p. s. d. t. non excedunt, obtineat, seu quod patiatur in ætate defectum (12 a.). — In e. m. Terraconen., Majoricen. et Ilerden. decanis eccl. (*A.* 40, f. 144*b*; *V.* 101, ep. 212.)

Ut s. T. XI, XIII.

55744. — *Roberto de Filleby* prov. canon. eccl. Hereforden. sub exp. præb.; non obst. quod paroch. eccl. de Filleby et liberam capellam de Penkecheyn s. c., Norwicen. et Meneven. di., obtineat. — In e. m. abbati monast. Glocestriæ, Wigornien. di., et præposito de Bellingneyo Æduen., ac archidiacono Norwicen. eccl. (*A.* 40, f. 163*a*; *V.* 101, ep. 242.)

Ut s. T. XI, XIII.

55745. — *Garsiæ Gonsalvi* item in eccl. S. M. de Valleoleti, Palentin. di., consid. Beatricis Portugaliæ reginæ. — In e. m. Fernando Joannis abbati sæcularis de Tauro, Zamoren. di., et scolastico Ægitanien., ac Bartholomæo Petri, can. Palentin. eccl. (*A.* 40, f. 156*a*; *V.* 101, ep. 244.)

Ut s. T. XI, XIII.

55746. — *Antonio de Colello*, pro quo Gasto, ep.us Gerunden., cujus clericus existit, supplicavit, prov. canon. sæcularis eccl. s. Felicis Gerunden., in qua certus can. et præbendarum distinctio non habentur, sub exp. præposituræ sive mensatæ aut personatus vel off.; non obst. quod perp. benef. ecclesiasticum in eccl. Gerundensi cum exp. unius capellaniæ seu præstimonii in dicta di. Gerunden. obtineat.— In e. m. decano Majoricen., et præposito Terraconen., ac archidiacono de Silva Gerunden. eccl. (*A.* 40, f. 167*a*; *V.* 101, ep. 247.)

Datum *Avenione*

23 nov. 1331 (IX kal. dec.) T. IIIxvi.

55747. — *Vanni Barotæ* confertur rectoria hospitalis pauperum S. M. Urbevetanæ vacans per obitum Petri Barotæ.— In e. m. conventui; et ep.o Urbevetano. (*A.* 38, f. 265*a*; *V.* 101, ep. 315.)

Ut s. T. XI, XIII.

55748. — *Poncio Molinerii, legum doctori*, gratia exp. benef. ecclesiast. (c. c. 100 l. t. p. s. t. d.), etiam si dignitas, personatus aut officium existat, ad ep.i Caturcen. collat. pertinentis; non obst. quod in Caturcen. et in collegiata s. Stephani de Tescone Montisalbanen. eccl. canon. et præb. obtineat.— In e. m. ep.o Montisalbanen., et archidiacono de Montepensato ac Raymundo de Casetis, can. eccl. Caturcen. (*A.* 40, f. 193*a*; *V.* 101, ep. 316.)

Ut s. T. X, XII.

55749. — *Viviano de Montealto, can. Ruthenen.*, indulgetur ut studio litterarum in loco ubi illud generale vigeat aut obsequiis Petri ep.i Ruthenen., cujus familiaris commensatis et domesticus existit, insistendo fructus omnium benef. suorum percipere valeat. — In e. m. ep.o Magalonen., et decano Brivaten., s. Flori di., ac archidiacono Aureliaci Claromonten. eccl. (*A.* 40, f. 204*b*; *V.* 101, ep. 349.)

Ut s. T. XI, XIII.

55750. — *Joanni Stephani de Zaam* prov. canon. eccl. Agrien. sub exp. præb.; non obst. quod archidiaconatum Gumerien. in eccl. Strigonien. obtineat.—In e. m. archiep.o Strigonien., et præposito Alben., ac archidiacono Tervisinæ eccl. (*A.* 40, f. 210*a*; *V.* 101, ep. 358.)

Ut s. T. XX.

55751. — *Chanadino, archiep.o Strigoniensi*, dispensatio ad cautelam sententiarum excom. et irregularitatum. (*A.* 40, f. 216*a*; *V.* 101, ep. 360; A. Theiner, *Monumenta historica Hungariæ*, t. I, p. 545, doc. DCCCXLVII.)

Ut s. T. X.

55752. — *Eidem* facultas eligendi confessorem. (*A.* 40, f. 216*a*; *V.* 101, ep. 361; Theiner, *ut s.*, p. 545, doc. DCCCXLVIII.)

Ut s. T. XI, XIII.

55753. — *Jacobo de Vivariis, mon. monast. Campirotundi, O.S.B., Gerunden. di.*, gratia exp. unius præposituræ, personatus, off. seu administr. in eodem monast. (80 l.t. p. s. t. d.) soliti vel solitæ per mon. dicti monast. gubernari. — In e. m. præposito Terraconen., et decano Ilerden., ac archidiacono de Silva Gerunden. eccl. (*A.* 40, f. 275*a*; *V.* 101, ep. 488.)

Ut s. T. XI, XIII.

55754. — *Helyæ Rodulphi, eleemosynario monast. B. M. de Cancellata, O. S. A., Petragoricen. di.*, reservatur prioratus, administr., off. aut benef. ecclesiast. c. c. vel s. c. spectans ad collat. abbatis et conventus ejusdem monasterii (80 l. t. p. s. t. d.); dimittat vero dictam eleemosynariam.— In e. m. cantori, et Arcambaldo de Petragoris ac Guillelmo Gibrani, can. eccl. Petragoricen. (*A.* 40, f. 362*a*; *V.* 101, ep. 661.)

Ut s. T. XXIV.

55755. — *Beraldo, ep.o Albiensi*, conceditur ut tres clerici sui familiares, obsequiis ejus insistentes, possint provideri de tribus benef. ad collationem suam spectantibus et vacaturis. (*A.* 40, f. 542*b*; *V.* 102, ep. 1090.)

Ut s. T. XVIII

55756. — *Præp. eccl. s. Fortunati de Corneto, Tuscanen. di., et Vicano de Civitavetula ac Alcherucio de Urbe, canonicis basilicæ principis apostolorum de Urbe*, mand. ut Bartholomæo Conelli conferant canon. et præbendam eccl. Viterbiensis vacantia propter adhæsionem Petro de Corbario factam a Blasio de Nerula, qui gessit officium abbreviatoris notatarum litterarum suarum, non obst. in eccl. Narniensi canon. sub exp. præbendæ. (*A.* 41, f. 293*a*; *V.* 103, ep. 107.)

Ut s. T. XVIII

55757. — *Ep.o Condomiensi* mand. ut, Oliverio Flamenc, nato n. v. Guidonis Flamenc mil., renitente hospitale pauperum Altisvilaris, suæ di., vacans per obitum Beraudi de Savinhaco et specialiter reservatum, istud hospitale conferat Raymundo de Antigiaco, domicello Caturcen. di., familiari PP. (*A.* 41, f. 307*b*; *V.* 103, ep. 137.)

Ut s. T. XVIII

55758. — *Præposito s. Fortunati de Corneto, Tuscanen. di., et archipr. s. Systi Viterbiensis eccl., ac Acherucio Joannis Bobonis de Urbe, can. basilicæ principis apostolorum de Urbe*, mandatur ut prioratum sæcularis et collegiatæ eccl. S. M. Margaritæ de Corneto (4 flor. auri), Tuscanen. di., vacantem per obitum Presbyteri Joannis conferant Bartholomæo quond. Jacobi; dimittat medietatem curatæ ecclesiæ s. Peregrini Viterbien.; non obst. gratia exp. canon. et præb. in eccl. Viterbiensi (*A.* 41, f. 398*b*; *V.* 103, ep. 304.)

Ut s. T. XII ½, XIV ½

55759. — *Stephano Angelerii* confirmatur collatio facta ipsi ab Archambaldo, abbate monast. Sollempniacensis, O. S. B., Lemovicen. di., non obst. reservatione apostolica de præpositatu de Ahento, eorumdem di. et ord., vac. per assecutionem factam auct. apost. de prioratu de Petrabufferia, eorumdem ord. et di., a Petro Barbæ; ei remittuntur fructus

Datum *Avenione*

male percepti. — In e. m. s. Martini et s. Augustini Lemovicen. monast. abbatibus, ac præp. eccl. Vaurensis. (*A.* 41, f. 419*b*; *V.* 103, ep. 342.)

23 *nov.* 1331. (IX kal. dec.) T. X ½, XII ½

55760. — *Garsiæ Gonsalvi* provisio canonicatus sæcularis eccl. S. M. de Valleoleti, Palentinæ di., sub exp. præb., dign., personatus aut off. c. c. vel s. c., cum præstimoniis et præstimonialibus portionibus. — In e. m. Fernando Joannis, abbati sæcularis de Tauro, Zamoren. di., et scolastico Ægitanien., ac Bartholomæo Petri, can. Palentinæ eccl. (*A.* 41, f. 448*b*; *V.* 103, ep. 387.)

Ut s. T. XI, XIII.

55761. — *Joanni de Priswalt, medico et cap. Godefridi ep.i Osnaburgensis instantis,* prov. canon. eccl. Osnaburgensis sub exp. unius e præbendis majoribus vel dign., personatus aut off. c. c. vel s. c., dummodo hæc dignitas post episcopalem non sit major; non obst. in eccl. Bramesthensi, Osnaburgensis di., canon. et præbenda.— In e. m. ep.o Monasteriensi, et præp. veteris s. Pauli Monasterien., ac scolastico Tullen. eccl. (*A.* 41, f. 450*a*; *V.* 103, ep. 390.)

Ut s. T. X ½, XII ½.

55762. — *Joanni Danardi* prov. canon. eccl. Nanneten. sub exp. præb. et dignitatis. — In e. m. s. Melanii Redonensis et de Calma, Nanneten. di., monast. abbatibus, ac decano eccl. Nannetensis. (*A.* 41, f. 464*b*; *V.* 103, ep. 414.)

Ut s. T. X ½, XII ½

59237. — *Conrado de Aentinga* prov. canon. sub exp. præb. eccl. Brixinensis ; non obst. parochiali ecclesia in Pfaffenhoven Brixinensis di., ac canon. et præbenda eccl. s. Andreæ Frisingen. — In e. m. ep.o Tridentino, et mag. Jacobo de Mutina, scolastico Tullen., ac Nicolao de Mixina, Tridentinæ eccl. can. (*A.* 43, f. 127*b* ; *V.* 104, ep. 299).

Ut s.
T. ?XX.

59238. — *Blanchiæ, in abbatissam monasterii Bonæsanhiæ O. S. B., Lemovicensis di.*, electæ et confirmatæ, habilitatio cum tempore electionis ejus in 22 anno ætatis constituta fuerit. (*A.* 44, f. 589*a* ; *V.* 105, ep. 1095).

Ut s.
T. XX.

59239. — *Episcopo Wratislaviensi* mand. ut dispenset inter n. v. Lesthonem, ducem Ratiboriensem, et n. m. Agnetem, natam n. v. Henrici, ducis Slesiæ, de quarto consanguinitatis gradu in matrimonio scienter contracto. (*A.* 44, f. 590*a* ; *V.* 105, ep. 1098).

Ut s.
T. XXIV.

59240. — *Mauritio de Castronovo* dispensatio ut prioratum de Crispino, O. S. B., conventualem, Ruthenen. di., per mon. monasterii Casædei, Claromontensis di., gub. soliti, retineat cum hostalaria dicti monasterii ; non obst. quod ipsum prioratum cum prioratu conventuali de Savinhaco, Lugdunen. di., ipsi a PP. collatum permutaverit et sola ordinarii dispensatione obtenta illum cum jam dicta hostalaria (quam ex dispensatione apostolica retinebat) aliquamdiu possederit. (*A.* 44, f. 591*b* ; *V.* 105, ep. 1106).

4 (II non.) *jan. 1333*
T. X ½, XII ½.

59241. — *Roberto de Palatio, famil. et domestico notario ac secretario Joannis regis Bohemiæ, instantis*, gratia expectativa dignitatis, personatus seu officii c. c. vel s. c. in eccl. Meldensi, in qua est canonicus (80 l. t. p. s. t. d.), dummodo post episcopalem major non sit hæc dignitas ; non obst. in Noviomensi eccl. canon. sub exp. præb., et de Susanis ac de Aceyo, Remen. di., capellaniis s. c. — In e. m. abbati monast. s. Genovefæ, et decano Parisien., ac scolastico Tullensis eccl. (*A.* 43, f. 87*a* ; *V.* 104, ep. 205).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59242. — *Joanni de Machaudio, cler. Remen. di., familiari et domestico eleemosynario dicti regis*, gratia exp. beneficii ecclesiastici c. c. (60) vel s. c. (40 l. t. p. s. t. d.) ad collat. abbatis et conventus monast. B. M. de Montisburgo, O. S. B., Constantien. di., et sæculari clerico assignari consueti. — In e. m. prædictis abbati et scolastico, ac archid. Constantiensis eccl. (*A.* 43, f. 89*a* ; *V.* 104, ep. 217).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59243. — *Guillelmo de Machaudio, famil. et domestico ac notario secretario Joannis regis Bohemiæ*, prov. canon. sub exp. præb. eccl. Remensis ; non obst. in Virdunensi et Atrebatensi ecclesiis canon. sub exp. præb., ac capellania hospitalis B. M. de Husdinio s. c., Atrebatensis di. — In e. m. abbati monast. s. Genovefæ Parisiensis, et scolastico Tullen. ac officiali Remensi. (*A.* 43, f. 92*b* ; *V.* 104, ep. 212 D).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59244. — *Petro de Wabaen, familiari et clerico domestico Joannis regis Bohemiæ*, gratia exp. beneficii ecclesiastici c. c. (60) vel s. c. (40 l. t. p.) ad collationem decani et capituli eccl. B. M. Antwerpiensis, Cameracensis di. ; non obst. in de Rumesta una et in de Hondenghem alia parochialibus ecclesiis, Cameracen. di., perpetua capellania s. c. — In e. m. abbati monast. s. Genovefæ Parisiensis, et archidiacono Cameracensis, ac scolastico Tullensis eccl. (*A.* 43, f. 88*b* ; *V.* 104, ep. 215).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59245. — *Henrico Halle, cler. Rothomagen. di., cler. et familiari domestico dicti regis*, item de beneficio c. c.(80) vel s. c. (40 l. t. p. s. t. d.) sæculari clerico assignari consueto et ad collat. abbatis et conventus monast. B. M. de Beccohelluini, O. S. B., Rothomagen. di. — In e. m. prædictis abbati et scolastico, ac officiali Rothomagensi. (*A.* 43, f. 88*b* ; *V.* 104, ep. 216).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59246. — *Henrico, nato Ludolphi de Isleve, militis, utriusque juris perito*, prov. canon. sub exp. præb. ecclesiæ Halberstadensis ; non obst. in eccl. Quernvurde, Halberstaden. di., perp. beneficio s. c. — In e. m. Merseburgensi et Nuemburgensi episcopis, ac Gentili de Collealto, archid. de Majorica in eccl. Legionensi, cap. PP. (*A.* 43, f. 136*a* ; *V.* 104, ep. 303).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59247. — *Nicolao de Bruna*, consid. Joannis regis Bohemiæ, gratia exp. dignitatis, personatus vel off. c. c. vel s. c. ad collat. ep.i et capituli Olomucensis in eccl., civit. vel di., dummodo hæc dignitas major post episcopalem non existat ; non obst. in Olomucensi et s. Petri in Bruna eccl. canon. et præb., ac parochiali eccl. in Crenowitz, Olomucen. di. (quam dimittet). — In e. m. præp. Pragen., et archid. Abrincen., ac scolastico Tullensis eccl. (*A.* 43, f. 470*b* ; *V.* 104, ep. 853).

Ut s.
T. XI ½, XII ½.

59248. — *Nichaisio de Wavrechin, Joannis regis Bohemiæ capellano*, gratia exp. benef. ecclesiastici c. c. (60) vel s. c. (40 l. t. p. s. t. d.), ad collationem ep.i, decani et capituli eccl. Cameracensis ; non obst. in s. Bartholomæi Leodien, s. Quintini in Viromandia et

Datum *Avenione*

B. M. Condatensis, Noviomensis ac Cameracensis di., canon. et præbendis, necnon in Cameracensi, Treveren. et s. Servatii Trajectensis, Leodiensis di., eccl. canon. sub exp. præb. — In e. m. s. Joannis Valenchenensis et Viconiensis, Cameracen. et Atrebaten. di., monast. abbatibus, ac archidiacono Meldensi. (*A.* 43, f. 471*b* ; *V.* 104, ep. 854).

1 (II non.) *jan. 1333*
T. VIXXII

59249. — *Joanni*, ord. heremitarum s. Augustini professori et sacerdoti, consecrato in episcopum Signen., facultas accedendi ad eccl. ipsam quæ vacabat per obitum Gregorii. — In e. m. capitulo, clero et populo civitatis et di. ; archiepiscopo Spalatensi ; Carolo regi Hungariæ. (*A.* 337, f. 684*a* ; *V.* 105, ep. 35).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59250. — *Mag. Thomæ de Neville, in jure civili bac.*, clerico Edwardi regis Angliæ, prov. canon. eccl. Eboracensis sub exp. præb., dign., personatus vel officii, dummodo hæc dignitas post archiepiscopalem non sit major ; non obst. in ecclesia Cestriæ canon. et præbenda seu portione præbendali ; dimittat parochialem eccl. de Stanhopp, Dunelmen. di., cum obtinuerit dignitatem, personatum seu off. c. c. — In e. m. abbati monast. B. M. Eboracensis, et priori Dunelmen., ac decano Lincolniensis eccl. (*A.* 44, f. 348*b* ; *V.* 105, ep. 368).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59251. — *Hermanno quondam Hermanni de Kungsberk*, cap. et familiari Joannis regis Bohemiæ, prov. canon. sub exp. præb. eccl. Olomucensis ; non obst. parochiali eccl. in Nova Cirekwytz et in eccl. Wissegradensi, Pragen. di., canon. sub exp. præb. — In e. m. episcopo Pragensi, et abbati monast. Trebeten., Olomucensis di., ac mag. Jacobo de Mutina, scolastico eccl. Tullensis, cap. PP. (*A.* 44, f. 449*a* ; *V.* 105, ep. 421).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59252. — *Joanni, nato Walteri, domini de Ainghien, consanguineo Joannis, regis Bohemiæ*, prov. canon. sub exp. præb. eccl. Trajectensis. — In e. m. s. Petri Trajectensis et s. Vincentii Senogiensis, Cameracen. di., decanis, ac scolastico Tullensis eccl. (*A.* 44, f. 392*b* ; *V.* 105, ep. 511).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59253. — *Ingebrando dicto Monxhor* prov. canon. sub exp. præb. eccl. Wormatiensis. — In e. m. monasterii in Flanheym Maguntinæ di. et s. Andreæ Wormatiensis præpositis, ac Jacobo de Mutina, scolastico Tullensis eccl. (*A.* 44, f. 401*b* ; *V.* 105, ep. 529).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59254. — *Joanni Michoti, clerico Malleacen. di., bac. in legibus*, gratia exp. benef. ecclesiast. (s. c. 50 l. t. p. s. t. d.) ad collationem episcopi et capituli Malleacensis. — In e. m. episcopo Lucan., et cantori, ac Joanni Andreæ, Veneten. eccl. can. (*A.* 337, f. 532*b* ; *V.* 105, ep. 568).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59255. — *Conrado dicto Spisser, cler. Constantiensi*, gratia exp. benef. ecclesiastici (c. c. 20 vel s. c. 15 march. arg. s. t. d.) ad collat. præp., decani et capituli eccl. Constantien. — In e. m. mag. Jacobo de filiis Ursi archid. Stadien. Catalaunen., PP. not., et Episcopalis cellæ ac Imbriacen., Constantien. di., præpositis eccl. (*A.* 337, f. 598*a* ; *V.* 105, ep. 614).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59256. — *Conrado de Weichs* gratia exp. benef. ecclesiastici (s. c. 15 march. arg. s. t. d.) ad collat. abbatissæ et conventus monast. inferioris monasterii Ratisponensis, O. S. B., et sæculari clerico soliti assignari ; dimittat paroch. eccl. in Stamperg Ratisponen. di. (15 march. arg.). — In e. m. episcopo Ratisponen., et Jacobo de filiis Ursi, archid. Stadien. Catalaunen., notario PP., ac præp. Ratisponen. eccl. (*A.* 337, f. 611*b* ; *V.* 105, ep. 706).

Ut s.
T. XVI.

59257. — *Goberto de Vivariis, can. Melden.*, consid. Joannis regis Bohemiæ, confirmatur ad cautelam permutatio facta cum mag. Joanne de Divione de canon. et præbenda eccl. s. Stephani Trecen. (*A.* 44, f. 596*b* ; *V.* 105, ep. 1128).

Ut s.
T. X, XII.

59258. — *Friderico de Hohenloch, can. Herbipolen. et in minoribus ord. constituto*, cler. et familiari Joannis regis Bohemiæ, facultas ut, postquam in ordine subdiaconatus constitutus fuerit, vocem in capitulo eccl. Herbipolensis habeat et ad tractatus et actus capitulares admittetur, non obst. statutis et consuetudinibus ipsius eccl. contrariis. — In e. m. episcopo Argentinensi, et decano S. M. ad gradus Maguntin., ac scolastico s. Stephani Maguntin. eccl. (*A.* 44, f. 608*a* ; *V.* 105, ep. 1183).

5 (non.) *jan. 1333*
T. X ½, XII ½.

59259. — *Joanni de Credonio* gratia exp. dign., personatus vel off. c. c. vel s. c. in eccl. s. Martini Turonen. cujus est can. sub exp. præb. ; non obst. in Andegavensi eccl. canon. et præb. — In e. m. abbati monast. s. Nicolai, et archid. Transmeduanen., ac scolastico Andegaven. eccl. (*A.* 44, f. 353*b* ; *V.* 105, ep. 377).

Ut s.
T. XII.

59260. — *Nicolao de Trebis, decano eccl. Coronensis*, licentia visitandi sepulcrum dominicum et alia oratoria Terræ Sanctæ. (*A.* 44, f. 588*b* ; *V.* 105, ep. 1092).

Datum *Avenione*

6 (VIII id.) *jan. 1333*
Gr. pro Deo.

59261. — *Joanni Aprilis de Secuxia* gratia exp. beneficii c. c. vel s. c., etiamsi sit dignitas, personatus vel officium ad collat. abbatis et conv. monast. s. Constantii de Dragonerio, O. S. B., Taurinensis di., cujus est monachus. — In e. m. Astensi et Taurinensi episcopis, ac archid. de Alexandria, Aquen. di. (*A.* 43, f. 126[a] ; *V.* 104, ep. 284).

Ut s.
T. X, XII.

59262. — *Conferto de Fulgineo, in jure canonico bac.*, intuitu Hugolini episcopi Perusini, transfertur ex ecclesia Civitatiscastelli, O. S. A., ad ecclesiam Perusinam propter rebellionem Civitatiscastelli. — In e. m. s. Petri de Perusio et s. Salvatoris de Monteacuto, Perusinæ di., monast. abbatibus, ac archid. Nanneten. eccl. (*A.* 44, f. 546[b] ; *V.* 105, ep. 883).

7 (VII id.) *jan. 1333*
T. X ½, XII ½.

59263. — *Guillelmo de Montesecuro* gratia exp. beneficii ecclesiastici s. c. (30 l. t. p. s. t. d.) ad collationem ep.i et capituli Aurelianensis ; non obst. parochiali ecclesia de Maureliano, Biterrensis di. (30 l. t. p. s. t. d.) et gratia exp. beneficii ad collationem archiep.i et capituli Bituricensis. — In e. m. archiep.o Ebredunensi, et sacristæ, ac Sicardo de Galhaco, can. eccl. Mimatensis. (*A.* 43, f. 163[b] ; *V.* 104, ep. 358).

Ut s.
T. XI, XIII

59264. — *Ramundo de Caraygues, PP. familiari*, prorogatio ad alium annum facultatis percipiendi fructus benef. ejus in absentia, insistendo obsequiis Papæ, in romana curia residendo, in aliquo benef. suorum residendo vel litterarum studio immorando, etiamsi possideat dignitates, personatus, officia seu benef. curata, dummodo post episcopalem in cathedrali majorem vel in collegiata eccl. principalem dignitatem non obtineat ; dispensatio insuper ut ad superiores ordines suscipiendos non teneatur. — In e. m. præposito Forojulien., et archid. de ultra Dordoniam Petragoricen. ac sacristæ Carpentoraten. eccl. (*A.* 44, f. 523[a] ; *V.* 105, ep. 822).

8 (VI id.) *jan. 1333*
T. X ½, XII ½.

59265. — *Nicolao de La Bessa* prov. canon. sub exp. præb. ecclesiæ Rothomagensis ; non obst. in eccl. Autissiodorensi canon. sub exp. præbendæ. — In e. m. s. Genovefæ Parisiensis et s. Catherinæ prope Rothomagum monast. abbatibus, ac scolastico Constantiensis eccl. (*A.* 43, f. 99[a] ; *V.* 104, ep. 223).

Ut s.
T. XI, XIII.

59266. — *Arnaldo Sabaterii* provisio parochialis eccl. de Calcomerio, Ruthenen. di., modici valoris, vac. per assecutionem factam ab Arnaldo de Genebreda de parochiali eccl. de Rosiaco, Albien. di., auct. apostolica. — In e. m. ep.o Rivensi, et priori de Longavilla Guiffardi, Rothomagen. di., ac Ademaro Roggerii, can. Caturcensi. (*A.* 43, f. 101[a] ; *V.* 104, ep. 228).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59267. — Item in eccl. Ebroicensi *Guidoni de s. Martiali.* — In e. m. abbati monast. s. Remigii Senonensis, et decano Rothomagen., ac scolastico Constantien. eccl. (*A.* 43, f. 99[b] ; *V.* 104, ep. 224).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59268. — Item in ecclesia Lemovicensi *Stephano de Agrifolio.* — In e. m. archiepiscopo Rothomagensi, et ep.o Tutellensi, ac scolastico prædicto. (*A.* 43, f. 99[b] ; *V.* 104, ep. 225).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59269. — *Reynardo Gayte* gratia exp. dign., personatus vel officii c. c. vel s. c. (100 l. t. p. s. t. d.) in eccl. Claromontensi cujus est canonicus præbendatus, dummodo hæc dignitas non sit major post episcopalem. — In e. m. monast. s. Andreæ prope Claromontem, et sæcularis s. Genesii Claromonten. abbatibus, ac scolastico Constantiensis eccl. (*A.* 43, f. 100[a] ; *V.* 104, ep. 226 B).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59270. — *Reginaldo de Tauriaco* prov. canon. sub exp. præb. eccl. Vaurensis. — In e. m. abbati monast. de Candelio, Albiensis di., et præp., ac Bernardo Oliverii, can. eccl. Albiensis. (*A.* 43, f. 182[a] ; *V.* 104, ep. 389).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59271. — *Henrico de Culleio* prov. canon. sub exp. præb. eccl. Bajocensis. — In e. m. de Ceraseyo et s. Stephani de Cadomo, Bajocen. di., monast. abbatibus, ac archid. Transmeduanen. in eccl. Andegavensi. (*A.* 43, f. 315[a] ; *V.* 104, ep. 605).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59272. — *Mag. Zachariæ de Bureto, licentiato in legibus et in canonico jure provecto*, item in eccl. Lexoviensi ; dimittat parochialem eccl. s. Georgii de Lineya, cum assecutus fuerit dign., personatum seu curatum beneficium virtute præsentis gratiæ ; non obst. decanatu rurali de Bruroliis nec dign. nec personatu, sed simplici beneficio s. c. existente. — In e. m. archid. Bajocen., et scolastico Constantiensis, ac mag. Guillelmo Herses, can. Parisien. eccl. (*A.* 43, f. 316[a] ; *V.* 104, ep. 606).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59273. — *Thomæ Berson, clerico Cenomanen. di.*, gratia exp. beneficii ecclesiastici c. c. (60) vel s. c. (40 l. t. p. s. t. d.), ad collationem ep.i, decani et capituli Cenomanensis. — In e. m. ep.o Abrincensi, et archid. Transmeduanen., ac mag. Nicasio Blondelli, can. eccl. Andegavensis. (*A.* 43, f. 314[a] ; *V.* 104, ep. 603).

Datum *Avenione*

—

8 (VI id.) *jan.* *1333*
T. X ½, XII ½.

59274. — *Georgio de Grandivalle* gratia exp. prioratus de s. Brulladio, O. S. B., Dolen. di., a monacho monasterii s. Michaelis in periculo maris O. S. B., Abrincen. di., (cujus est monachus) soliti gub., et vacaturi per assecutionem faciendam a Joanne de Breceyo de prioratu, officio seu administr. ad collat. abbatis et conv. dicti monasterii. — In e. m. Abrincensi et Dolensi episcopis, ac archid. prædicto. (*A.* 43, f. 314[b] ; *V.* 104, ep. 604).

Ut s.
T. XIV, XVI.

59275. — *Petro, archiepiscopo Cæsaraugustano,* facultas visitandi per alium civitatem et di. ejus. — In e. m. priori Cæsaraugustanæ, et Tirasonen. ac de Calatrava Toletanæ archidiaconis eccl. (*A.* 44, f. 598[b] ; *V.* 105, ep. 1138).

Ut s.
T. X, XII.

59276. — *Arnaldo de Molinis* conc. ad triennium ut, residendo in eccl. s. Petri Gerboreden., Belvacensis di., in qua est can., vel studio litterarum insistendo in studio generali, percipiat absque residentia fructus benef. suorum. — In e. m. decano s. Felicis Tolosanæ, et archidiacono ac cantori Parisien. eccl. (*A.* 43, f. 647[b] ; *V.* 104, ep. 1259).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59277. — *Gunsalvo Stephani,* clerico et familiari archiepiscopi Bracharensis, prov. canon. sub exp. præb. eccl. Bracharensis ; non obst. parochiali eccl. s. Mametis de Villamauri et in sæculari collegiata eccl. Vimaranensis, Bracharensis et Portugalensis di., canon. sub exp. præb. — In e. m. scolastico Ulixbonen., et Joanni Regis, Compostellanensis, ac Joanni Vincentii, Portugalen. eccl. can. (*A.* 44, f. 378[b] ; *V.* 105, ep. 481).

Ut s.
T. XI, XIII.

59278. — *Petro de Pulcrocastro* gratia exp. benef. ecclesiast. (c. c. 60 vel s. c. 40 l. t. p. s. t. d.) ad collat. episcopi et capituli Electensis ; dimittat paroch. eccl. litigiosam B. M. de s. Ilario, Carcassonen. di. — In e. m. Athanacen. Lugdunen. et s. Ylarii monast. abbatibus, ac decano eccl. s. Pauli Fenolhedesii, Carcassonen. et Electensis di. (*A.* 337, f. 531[a] ; *V.* 105, ep. 565).

Ut s.
T. XI, XIII.

59279. — *Martino de Roda,* supplicante Raymundo episcopo Valentin., gratia exp. beneficii ecclesiast. (c. c. 60 vel s. c. 40 l. t. p. s. t. d.) ad collat. episcopi et capituli Valentin. in civitate vel di. ; dimittat parochialem eccl. de Gascones, Cæsaraugustanæ di. (7 lib. Jaccen.) — In e. m. episcopo Pascensi, et archid. Tirasonen., ac Ægidio de Jassa, can. Oscen. eccl. (*A.* 337, f. 549[b] ; *V.* 105, ep. 588).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59280. — *Guillelmo de Gardia, cler. Caturcen. di.,* gratia exp. beneficii ecclesiast. (c. c. 60 vel s. c. 40 l. t. p. s. t. d.) ad collationem prioris et conventus prioratus conventualis de Longavilla Guiffardi, Cluniacen. ord., Rothomagensis di., consid. Bernardi de Genebreda, prioris ejusdem prioratus, cujus est familiaris, et soliti sæculari clerico assignari. — In e. m. ep.o Massiliensi, et decano Rothomagen., ac archidiacono Montismirabilis Albiensis eccl. (*A.* 337, f. 606[a] ; *V.* 105, ep. 649).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59281. — *Petro de Balma, cler. Bisuntinæ di.,* gratia exp. benef. ecclesiast. (c. c. 60 vel s. c. 40 l. t. p. s. t. d.) ad collat. archiep.i et capituli Bisuntini. — In e. m. de Cellis Bituricen. di. et s. Launomari Blesen., Carnoten. di., monast. abbatibus, ac Guillelmo de Champingio, can. Bajocen., cap. PP. (*A.* 337, f. 608[b] ; *V.* 105, ep. 655).

Ut s.
T. XIV.

59282. — *Episcopo Carcassonen., et abbati monast. Athanacensis Lugdunen., ac decano eccl. s. Pauli Fenoledesii, Electen. di.,* mand. ut faciant recipi Bartholomæum Ademarii de Limoso, cler. Narbonen. di., in monast. s. Policarpi O. S. B., dictæ di. (*A.* 44, f. 510[a] ; *V.* 105, ep. 791).

9 (V id.) *jan.* *1333*
T. XI, XIII.

59283. — *Guillelmus de Malano* fit rector parochialis eccl. s. Hilarii de Teukes, Atrebaten. di., vac. per assecutionem factam auct. apostolica a magistro Firmino de Malano de capiceriatu eccl. s. Mederici Parisiensis qui dignitas existit. — In e. m. abbati monast. s. Genovefæ Parisiensis, et decano Ambianen., ac mag. Geraldo Judicis, can. Andegavensis eccl. (*A.* 43, f. 117[a] ; *V.* 104, ep. 260).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59284. — *Joanni de Marziaco seniori* gratia exp. dignitatis, personatus, officii vel beneficii ecclesiastici c. c. vel s. c. in ecclesia Lugdunensi cujus est canonicus cum portionibus. — In e. m. Percevallo de Palude, Lugdunen., et Guillelmo de Viriaco, Viennen., ac Guillelmo de Varey, Matisconensis eccl. canonicis. (*A.* 43, f. 132[a] ; *V.* 104, ep. 286).

Ut s.

59285. — *Joanni de Marziaco, seniori, consanguineo archiepiscopi Lugdunensis, canonico Lugdunensi,* gratia exp. dignitatis, personatus, officii aut beneficii ecclesiastici c. c. vel s. c., in eadem ecclesia, dummodo hæc dignitas non sit major post archiepiscopalem. — In e. m. Percevallo de Palude, Lugdunen., et Guillelmo de Viriaco, Viennen., ac Guillelmo de Varey, Matisconen. can. eccl. (*V.* 104, ep. 286).

Datum *Avenione*

9 (V id.) *jan. 1333*
T. XIV.

59286. — *Guillermo archiep.o Lugdunen.* indult. eligendi confessorem qui ei semel tantum in mortis articulo plenam remissionem peccatorum suorum concedere valeat. (*A.* 44, f. 13^b ; *V.* 104, ep. 1014).

Ut s.
T. XXX.

59287. — *Archiep.us Viennen., et Anicien. ac Claromonten. episcopi* dantur ut judices conservatores archiepiscopo Lugdunensi. (*A.* 44, f. 55^b ; *V.* 104, ep. 1196).

Ut s.
T. XV, XVII.

59288. — *Guillermo, archiep.o Lugdunensi,* facultas ut sex clerici ejus percipiant fructus beneficiorum suorum in absentia. — In e. m. Percevallo de Palude et Joanni de Marziaco, Lugdunensis, ac Guillelmo de Varey, Matisconen. eccl. can. (*A.* 43, f. 641^b ; *V.* 104, ep. 1247).

Ut s.
T. XVI, XVIII.

59289. — *Guillermo, archiepiscopo Lugdunensi,* facultas subsidium caritativum e subjectis ejus percipiendi — In e. m. archiepiscopo Viennensi, et Aniciensi ac Claromontensi episcopis. (*A.* 43, f. 663^a ; *V.* 104, ep. 1289).

Ut s.
T. XXX.

59290. — *Ep.o Argentinen.* mand. ut absolvat quosdam rebelles et fautores Ludovici de Bavaria qui ceperunt Conradum, priorem, et Theodoricum, Spiren., ac Joannem, Bernen., Lausanen. di., lectores O. F. P. ac Gotzmannum de Hagnowia, dicti ord., e partibus Theotoniæ redeuntes ad partes e provinciali capitulo quanquam fuerint recepti in monasterio sanctimonialium de s. Lamperto, et detinuerunt in castro Wolfsbger ; promissa fuit libertas detentis si ipsis detentoribus absolutio concederetur. (*A.* 43, f. 540^a ; *V.* 104, ep. 1383).

Ut s.

59291. — *Francisco Benvenuti de Ancona* collatio canon. et præbendæ eccl. s. Genovefæ Laudunen., vac. per liberam resignationem factam a Jacobo Thebaldi de cancellariis de Urbe apud S. A. ; non obst. paroch. ecclesia de Lombervilla, Lomberiensis di. — In e. m. abbati monast. s. Joannis juxta Anconam, et decano Laudunen., ac archid. Tullensis eccl. (*V.* 105, ep. 133).

Ut s.
T. XI, XIII.

59292. — *Bertrando Lescala* confertur paroch. ecclesia s. Michaelis, Caturcen. di., indecimabilis, vac. per assecutionem a Geraldo Fabri biennio factam de ecclesia curata de Pontecreto ejusdem di. — In e. m. archid. Figiacen., et præcentori Riven. ac Raymundo de Cazetis, can. Caturcen. eccl. (*A.* 337, f. 633^a ; *V.* 105, ep. 290).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59293. — *Arnaldo Servati de Portu* prov. canon. sub exp. præb. eccl. Saresbirien. — In e. m. Wintonien. ep.o, et abbati monast. de Radynges, Saresbirien. di., ac archid. Norwicensi. (*A.* 44, f. 385^b ; *V.* 105, ep. 495).

Ut s.
T. XI, XIII.

59294. — *Michaeli Oreylla* gratia exp. benef. ecclesiastici (c. c. 60 vel s. c. 40 l. t. p. s. t. d.) ad collationem archiepiscopi Cæsaraugustani in civitate, diœcesi vel provincia ; dimittat ecclesiam curatam de Galbe, Cæsaraugust. di. ; non obst. quadam perp. portione in eccl. de Arandiga, dictæ di. — In e. m. episcopo Pacensi, et archid. Tirasonen., ac Ægidio Martini de Aguilera, can. Toletanæ eccl. (*A.* 337, f. 521^a ; *V.* 105, ep. 689).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59295. — *Audoyno*[1] *Vigerii, can. monasterii s. Leonardi de Nobiliaco, O. S. A., Lemovicensis di.,* gratia exp. benef. ecclesiastici c. c. vel s. c. (100 l. t p. s. t. d.), etiamsi sit prioratus, personatus, off. seu administratio, ad collat. prioris et conv. dicti monasterii. — In e. m. abbati monast. s. Saturnini Tolosani, et Stephano Alberti, Lemovicen., ac Petro de Braco, Noviomensis eccl. can. (*A.* 44, f. 486^b et 488^a ; *V.* 105, ep. 732).

Ut s.
Gr.

59296. — *Antonio de Flisco, nato quond. Caroli de Flisco Palatin. et Lavan. comitis, can. Toletanæ eccl.,* consid. Lucæ S. M. in via lata card. diac., cujus est nepos, insistendo studio litterarum in studio generali, apud R. curiam moram trahendo vel in aliquo benef. suorum residendo, ad triennium conc. facultas in absentia percipiendi fructus benef. eorumdem. — In e. m. mag. Manueli de Flisco, not. PP., Eboracen., et præp. Titulen., Colocen. di., ac cancellario Parisien. eccl. (*A.* 44, f. 524^a ; *V.* 105, ep. 824).

Ut s.
T. X.

59297. — *Joanni, nato Nicolai Behucheti, can. capellæ regiæ Parisius,* consid. Philippi R. F., facultas retinendi canon. et præb. dictæ capellæ, non obst. quod non sit presb., et accipiendi presbyteratum donec ad ætatem ad id aptam pervenerit (20 a.). (*A.* 44, f. 393^b ; *V.* 105, ep. 1113).

Ut s.
T. XII.

59298. — *Guillelmo, archiepiscopo Lugdunensi,* facultas ad triennium visitandi ceteras diœceses provinciæ, licet capitulum, civitatem et diœcesim Lugdunen. atque aliquam e dictis diœcesibus plene non visitaverit. (*A.* 44, f. 642^b ; *V.* 105, ep. 1281).

1. In margine folii 488^a reg. Avenionensis 44, scribitur : *Registrata est supra secundo folio.*

Datum *Avenione*

10 (IV id.) *jan. 1333*
T. XI ½, XIII ½.

59299. — *Joanni de Wylcherche* confertur archidiaconatus Wyltschiriæ in ecclesia Saresbiriensi, vac. per obitum Girardi de Tyleto, S. A. cap.; dimittat vero parochialem eccl. de Vepstede, Norwicensis di. — In e. m. ep.o Winctoniensi, et præposito Vauren., ac archid. Londonien. eccl. (*A.* 43, f. 92[a]; *V.* 104, ep. 212 C).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59300. — *Guillelmo Sellarii, cler. Constantiensis di.*, gratia exp. benef. ecclesiast. (c.c. 60 vel s. c. 40 l. t. p. s. t. d.) ad collat. episcopi, decani et capituli Andegavensis. — In e. m. archid. Bajocen., et scolastico Constantien., ac mag. Nichasio Blondelli, can. Andegavensis eccl. (*A.* 377, f. 595[b]; *V.* 105, ep. 607).

Ut s.
T. XXX

59301. — *Abbas de Cancellata juxta Petragoras monast. et archid. Marchiæ Lemovicen. ac cantor s. Martini Turonensis eccl.* dantur ut judices conservatores monasterio s. Joannis Angeliacen., O. S. B., Xanctonen. di. (*A.* 44, f. 559[a]; *V.* 105, ep. 1021).

11 (III id.) *jan. 1333*
T. XII ½, XII §.

59302. — *Iterio de Malayolis* confertur canon. Convenarum eccl. in qua, licet certus can. numerus existat, non habetur distinctio præbendarum; non obst. in Petragoricensi canon. et præb. ac archidiac. Brageyriaci in eadem, in majori Pictaven. canon. et præb. ac officio hebdomadariæ s. c., atque in s. Radegundis Pictaven. eccl. canon. sub exp. præb. — In e. m. archiep.o Aquensi, et s. Amandi ac B. M. de Cancellata, Sarlatensis et Petragoricen. di., monast. abbatibus. (*A.* 43, f. 133[b]; *V.* 104, ep. 294).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59303. — *Jossellino de Lesato* prov. canon. eccl. Ambianensis sub exp. præb., dign., personatus seu off. c. c. vel s. c. — In e. m. episcopo Suessionensi, et abbati monast. s. Martini ad Jumellos Ambianen., ac mag. Petro de Preeth, can. Laudunensi. (*A.* 44, f. 349[b]; *V.* 105, ep. 370).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59304. — *Petro de Foresta, in legibus licentiato*, prov. canon. sub exp. præb. eccl. Turonensis; non obst. parochiali eccl. de Maranto, Xanctonen. di., et in b. Martini Turonensis canon. et præb. sub exp. præposituræ seu off., ac in Ambianensi eccl. canon. sub exp. præb. — In e. m. s. Juliani Turonen. et Majorismonasterii prope Turonenses monast. abbatibus, ac Oliverio de Cerzeto, can. Pictavensi. (*A.* 44, f. 378[a]; *V.* 105, ep. 480).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59305. — *Stephano de Moleriis, cler. Lemovicen. di.*, gratia exp. benef. ecclesiastici (c. c. 60 vel s. c. 40 l. t. p. s. t. d.) ad collat. ep.i et capituli Lemovicensis in civitate vel diœcesi. — In e. m. Caturcen. et Tutellensi episcopis, ac abbati sæcularis eccl. Dauratensis, Lemovicen. di. (*A.* 337, f. 511[b]; *V.* 105, ep. 667).

Ut s.
T. X. XII.

59306. — *Tuchoni Henungi, can. Lunden.*, conc. ad triennium, residendo in aliquo benef. suorum vel studio litt. in studio generali insistendo, facultas percipiendi in absentia fructus eorum beneficiorum. — In e. m. Roskilden. et Sleswicen. episcopis, ac Jacobo de Mutina, scolastico Tullen. eccl. (*A.* 44, f. 524[b]; *V.* 105, ep. 826).

Ut s.
T. XVI, XVIII.

59307. — *Joanni, episcopo Ambianensi*, facultas percipiendi caritativum subsidium a personis civit. et di. ejus. — In e. m. episcopo Suessionen., et abbati monast. s. Genovefæ Parisien., ac archid. Ambianensi. (*A.* 44, f. 592[b]; *V.* 105, ep. 1108).

12 (II id.) *jan. 1333*
T. XII ½, XIV ½.

59308. — *Joannes Fabri* fit rector parochialis eccl. de Gissaco, Vabrensis di., per obitum apud Montempessulanum, Magalonensis di., Raymundi Guillelmi de Felietz, attentis laboribus et expensis quæ subiit occasione gratiæ exp. beneficii ad collat. ep.i Vabrensis pertinentis; cassa sit hæc gratia; dimittat paroch. eccl. de Pris et de Verneto, dependentes ab invicem, Ruthenensis di. — In e. m. ep.o Caturcensi, et archid., ac Bernardo de Scayraco, can. Carnoten. eccl. (*A.* 43, f. 116[b]; *V.* 104, ep. 256).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59309. — *Isarno de Pojolibus* confertur prioratus de Brussa, c. c., O. S. B., Aquen. di., vac. per obitum Stephani de Ramo et reservatus XV kal. nov.; dimittat vero prioratum s. Marcellini O. S. B., Sistaricensis di. — In e. m. Caturcensi, Venciensi et Castrensi episcopis. (*A.* 43, f. 118[b]; *V.* 104, ep. 272).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59310. — *Ludovico Gayte* prov. canon. sub exp. præb. eccl. Claromontensis; dimittat chorariam in eadem ecclesia. — In e. m. s. Genesii Claromontensis et s. Asterii Petragoricensis di., sæcularis abbatibus, ac decano Nivernen. eccl. (*A.* 43, f. 115[b]; *V.* 104, ep. 258).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59311. — *Hugoni de sancto Amantio* prov. canon. sub exp. præb. eccl. s. Donatiani Brugensis, Tornacensis di.; non obst. capellis B. M. hospitalis de Comminis et de Wortembeka in ecclesia s. Petri Comminensis, atque de Vitriaco et de Borma, Tornacen., Senonen. et Caturcensis di. — In e. m. archiepiscopo Rothomagensi, et decano s. Audomari, Morinen. di., ac scolastico Constantien. eccl. (*A.* 43, f. 124[b]; *V.* 104, ep. 292).

Datum *Avenione*

12 (II id.) *jan. 1333*
T. X ½, XII ½.

59312. — *Alano de Cohanno, cler. Redonen. di.*, gratia exp. beneficii ecclesiastici c. c. (50) vel s. c. (30 l. t. p. s. t. d.) sæculari clerico consueti assignari et ad collat. abbatis et conv. monast. Majorismonasterii Turonensis O. S. B. — In e. m. abbati monast. s. Melanii Redonen., et archidiacono Transmeduanen. Andegavensis ac Radulpho de Machecolio, can. Turonensis eccl. (*A.* 43, f. 148*b* ; *V.* 104, ep. 332).

Ut s.
T. XI ½, XIII ½.

59313. — *Joanni Bernardi* prov. parochialis eccl. de Cancellis prope Loches, Turonen. di., vacantis per assecutionem factam a Petro Courtini de parochiali eccl. s. Supplicii supra Ligerim, Andegaven. di. ; non obst. in s. Martini Turonen. et Burginovi, Turonen. di., eccl. perpetuis capellaniis. — In e. m. abbati Majorismonasterii Turonen., et priori s. Cosmæ de Insula prope Turones, per priorem soliti gub., monasteriorum, ac mag. Oliverio de Cerzeto, cap. PP., Pictaven. can. (*A.* 43, f. 311*b* ; *V.* 104, ep. 595).

Ut s.
T. XI ½, XIII ½.

59314. — *Galvano Cibo* conferuntur præpositura, canon. et præbenda eccl. Januensis vacatura per consecrationem Dini, electi in patriarcham Gradensem ; dimittat vero Panormitanum archidiaconatum ; cassa sit gratia exp. beneficii c. c. vel s. c. ad collat. ep.i Constantiensis ; non obst. canon. et præb. Constantien. et alia gratia exp. beneficii ecclesiast. s. c. ad collationem abbatis et conv. monasterii s. Trinitatis de Exaquio, O. S. B., Constantien. di. — In e. m. mag. Manueli de Flisco, can. Eboracen., PP. not., et s. Syri ac s. Stephani Januensis monast. abbatibus. (*A.* 43, f. 348*b* ; *V.* 104, ep. 658).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59315. — *Henrico, nato Alegri de Curlo olim de Crema, nunc de Viteis*, prov. canon. sub exp. præb. plebis seu eccl. s. Joannis de Pontirolo veteri, Mediolanensis di. ; non obst. rectoria curatæ eccl. S. M. loci de Marne plebatus ejusdem eccl. s. Joannis (20 flor. auri), clericatu eccl. s. Zenonis de Colognola, Brixinen. di. (3 flor. auri). — In e. m. mag. Manueli de Flisco, can. Eboracen., notario PP., et abbati monast. s. Ambrosii Mediolanen., ac præposito plebis s. Laurentii de Cisalba Pergamen. di. (*A.* 43, f. 351*a* ; *V.* 104, ep. 659).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59316. — *Francisco, nato quondam Barisii de Osvago*, prov. canonicatus sub exp. præb. eccl. ss. Zenonis et Stephani de Decimo, Mediolanen. di. — In e. m. abbati monast. s. Ambrosii Mediolanen., et præp. s. Petri de Abate ac archipresbytero s. Joannis de Modoetia, Mediolanen. di., eccl. (*A.* 43, f. 353*b* ; *V.* 104, ep. 661).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59317. — *Tedisio, nato quondam Tedisii Cibo de Janua*, prov. canon. sub exp. præb. Constantiensis eccl., provinciæ Rothomagensis. — In e. m. mag. Manueli de Flisco, Eboracen. can., not. PP., et s. Trinitatis de Exaquio ac de Montisburgo monast. abbatibus, Constantien. di. (*A.* 43, f. 438*b* ; *V.* 104, ep. 794).

Ut s.
T. XI ½, XIII ½.

59318. — *Raymundo de Castronovo* confertur prioratus de Capella Garrosi, O. S. B., Caturcen. di., eccl. Montisalbanæ immediate subjectus et per mon. dictæ eccl. gub. solitus, vac. per adeptionem factam auct. apost. de prioratu s. Petri de Camporotundo, O. S. B., Caturcensis di., a Piloforti de Belloforti ; professionem in ordine dicto adimpleat ab hinc ad festum b. Joannis Baptistæ. — In e. m. monast. Athanacensis Lugdunen. et sæcularis s. Petri de Turre Anicien. abbatibus, ac cancellario Caturcen. eccl. (*Appendix reg. Avin. I, Joannis XXII*, f. 191*a* ; *V.* 105, ep. 80).

Ut s.
T. X ½, XII ½.

59319. — *Petro de Borgiis* confertur paroch. eccl. de Castronovo Narbonen. di., vacatura per adeptionem faciendam de paroch. eccl. s. Pauli de Donis cum suis annexis, dictæ di., ab Arnaldo de Moleria ; dimittat paroch. eccl. s. Maloni et ei annexas ecclesias Tolosanæ di. — In e. m. Mirapiscen., Massiliensis et Agathensis eccl. archidiaconis. (*Appendix reg. Avin. I, Joannis XXII*, f. 192*a* ; *V.* 105, ep. 82).

Ut s.
T. XI. XIII.

59320. — *Petro Amelii* confertur parochialis eccl. s. Vincentii burgi Carcassonensis vacatura per adeptionem faciendam de paroch. de Corronsaco et ei annexa ecclesia, Tolosanæ di., ab Helia de Foresta ; dimittat paroch eccl. s. Pauli de Donis cum suis annexis Narbonensis di. — In e. m. priori Electen., et Mirapiscensis ac Massilien. archidiaconis eccl. (*Appendix reg. Avin. I, Joannis XXII*, f. 192*b* ; *V.* 105, ep. 83).

Ut s.
T. XI ½, XIII ½.

59321. — *Heliæ de Foresta* confertur dicta paroch. eccl. de Corronsaco, vacatura per adeptionem faciendam a Gasberto de Valle de archidiaconatu Massiliensi ; dimittat jam dictam paroch. eccl. s. Vincentii. — In e. m. præp. Vasionen., et Mirapiscen., de Montismirabilis Albien. archid. eccl. (*Appendix reg. Avin. I, Joannis XXII*, f. 193*a* ; *V.* 105, ep. 84).

Ut s.
T X ½, XII ½

59322. — *Guillelmo de Montegrosso, can. eccl. Magalonensis O. S. A.*, confertur prioratus s. Catherinæ Massiliensis vacaturus per assecutionem faciendam a Rostagno de Lexis de

Datum *Aventione*

—

prioratu de Nivis O. S. A., Magalonen. di. — In e. m. abbati monast. Anianæ, Magalonen. di., et præp. Mimaten., ac Bertrando de Deocio, can. Nemausen. eccl. (*Appendix reg. Avin. I, Joannis XXII*, f. 197[b]; *V.* 105, ep. 93).

12 (II id.) *jan. 1333* T. XI, XIII

59323. — *Poncio de Viridisicco* conf. prioratus de Novis gentibus O. S. A., Magalonen. di., vacaturus per assecutionem faciendam de officio infirmariæ eccl. Magalonen. ab Arnaudo Bernardi de Marcafava; dimittat prioratum de Nivis prædictum. — In e. m. ut s. (*Appendix reg. Avin. I, Joannis XXII*, f. 198[a]; *V.* 105, ep. 94).

Ut s. T. XI, XIII.

59324. — *Petro de Coliaco* conf. prioratus s. Bricii O. S. A., Magalonen. di., vacaturus per adeptionem faciendam a Bertrando de Cassiocastello de prioratu s. Hilarii de Centrayranitis, eorumdem di. et ord.; dimittat infirmariam eccl. Magalonensis. — In e. m. ut s. (*Appendix reg. Avin. I, Joannis XXII*, f. 199[a]; *V.* 105, ep. 96).

Ut s. T. XI, XIII

59325. — *Hugoni Petri* conf. prioratus de Feysalco s. c., O. S. B., Vapincen. di., vacaturus per adeptionem faciendam a Raymundo Silvestri de prioratu s. Marcellini s. c. O. S. B., Sistaricen. di.; dimittat prioratum s. Genesii territorii Massiliensis O. S. B. — In e. m. episcopo Sistaricensi, et præp. Avinionen., ac scolast. Constantiensis eccl. (*Appendix reg. Avin. I, Joannis XXII*, f. 181[a]; *V.* 105, ep. 109).

Ut s. T. XI, XIII

59326. — *Geraldo de Panasato* conf. paroch. ecclesia Cellæfractæ, Auxitanæ di., vac. per permutationem apud S. A. factam cum Joanne de Folconio de b. Aulaliæ de Provinciana, Barchinonen. di., eccl. — In e. m. abbati monast. Montisolivi, Carcassonen. di., et archid. de Ripperia Convenarum, ac præcentori Barchinonen. (*A.* 337, f. 597[b]; *V.* 105, ep. 119).

Ut s. T. X ½, XII ½.

59327. — *Bertrandus Turpini* fit prior prioratus de Chemereyo in Radesiis O. S. B., Nanneten. di., vac. per permutationem factam cum Guillelmo de Chesa de prioratu s. Martini de Bellopratello O. S. B., Andegaven. di., apud S. A. — In e. m. Athanacen. Lugdunen., s. Maxentii ac de Bellafontayna, Pictavensis et Malleacen. di., monast. abbatibus. (*A.* 337, f. 620[a]; *V.* 105, ep. 263).

Ut s. T. XI ½, XIII ½.

59328. — *Prædicto Guillelmo de Chesa* confertur prioratus præfatus s. Martini, virtute permutationis supradictæ. — In e. m. abbati monast. de Bellafontayna, Malleacen. di., et thesaurario, ac Aymerico de Mauro, can. eccl. Andegavensis. (*A.* 337, f. 620[b]; *V.* 105, ep. 264).

Ut s. T. XI, XIII.

59329. — *Arnaldo de Moleria* confertur paroch. eccl. s. Pauli de Donis cum suis annexis, Narbonen. di., vacatura per adeptionem faciendam a Petro Amelii de paroch. eccl. s. Vincentii burgi Carcassonensis; dimittat paroch. ecclesiam de Castronovo, Narbonen. di. — In e. m. Agathen., Mirapiscensi ac Montismirabilis Albien. archidiaconis. (*A.* 337, f. 621[b]; *V.* 105, ep. 266).

Ut s. T. XI ½, XIII ½.

59330. — *Arnaldo de Rufo, cler. Caturcen. di.*, confertur paroch. eccl. s. Maloniæ cum ei annexa, Tolosanæ di., vacatura per assecutionem faciendam a Petro de Boygiis de prædicta eccl. de Castronovo; non obst. defectu ætatis (23 a.). — In e. m. priori Vallismoychinæ, Forojulien. di., et præp. Vasionen., ac archid. Mirapiscen. (*A.* 337, f. 622[a]; *V.* 105, ep. 267).

Ut s. T. XI ½, XIII ½.

59331. — *Bertrando de Cassiocastello* confertur prioratus s. Hilarii de Centrayranitis O. S. A., Magalonen. di., ecclesiæ Magalonensi immediate subjectus et per can. ejusdem eccl. solitus gub., vac. per obitum Guillelmi de Conchiis et reservatus v non. oct.; dimittat prioratum s. Bricii ord. et di. eorumdem. — In e. m. abbati monast. Anianæ, Magalonensis di., et præp. Mimaten., ac Bertrando de Deocio, can. Nemausensis eccl. (*A.* 337, f. 625[b]; *V.* 105, ep. 274).

Ut s. T. XI, XIII.

59332. — *Armando Bernardi de Marcafava* confertur infirmaria eccl. Magalonensis O. S. A. vacatura per assecutionem faciendam a Petro de Coliaco de prædicto prioratu s. Bricii; dimittat prioratum de Novisgentibus, O. S. A., Magalonen. di. — In e. m. ut s. (*A.* 337, f. 625[b]; *V.* 105, ep. 275).

Ut s. T. XI, XIII.

59333. — *Rostagno de Lexis* confertur prioratus de Nivis O. S. A., Magalonen. di., vacaturus per adeptionem faciendam a Poncio de Viridisicco de prioratu prædicto de Novisgentibus; dimittat prioratum b. Catherinæ Massiliensis, O. S. A. — In e. m. ut s. (*A.* 337, f. 627[a]; *V.* 105, ep. 278).

Ut s. T. XI, XIII.

59334. — *Raymundo Silvestri* conf. prioratus s. Marcellini s. c. O. S. B., Sistaricen. di., monasterio s. Victoris Massiliensis O. S. B. immediate subjectus et per monachos ejusdem monast. solitus gub., supplicante Raterio ejusdem monast. abbate, qui vacaturus est per adeptionem faciendam ab Isarno de Pojolibus de prioratu de Brusa c. c., O. S. B., Aquen.

Datum *Avenione*

di.; dimittat prioratum de Feysalco O. S. B., Vapincen. di. — In e. m. episcopo Niciensi. et Crassensis ac s. Ægidii, Carcassonen. ac Nemausen. di., monast. abbatibus. (*A.* 337, f. 632[a]; *V.* 105, ep. 289).

12 (II id.) *jan. 1333* T. X ½, XII ½.

59335. — *Bartholomæo Martini*, clerico et familiari Mariæ reginæ Castellæ, prov. canon. sub exp. præb. eccl. Ulixbonensis; non obst. s. Genesii de Calvos et s. Juliani de Fraxino, Bracharen. di., paroch. eccl., de qua litigat. — In e. m. Garsiæ Menendi et Joanni Rey, Bracharen., ac Gonsalvo Martini, Elboren. can. eccl. (*A.* 44, f. 442[b]; *V.* 105, ep. 412).

Ut s. T. X ½, XII ½.

59336. — *Guillelmo dicto Floy de Sinemuro in Altositu* prov. canon. eccl. b. Dionysii de Vergeyo, Æduen. di., sub exp. præb., intuitu decani et capituli ejusdem ecclesiæ; non obst. parochiali eccl. de Eschavrones et canon. ac præb. in B. M. Avalonen., dictæ di., atque in Æduensi eccl. canon. sub exp. præb. — In e. m. abbati monast. Maceriarum Cabilonen. di., et Æduen. ac B. M. Belnensis, Æduen. di., eccl. decanis. (*A.* 44, f. 377[b]; *V.* 105, ep. 478).

Ut s. T. X ½, XII ½.

59337. — *Martino dicto Linere, cler. Ambianen. di.*, gratia exp. benef. ecclesiast. (c. c. 50 vel s. c. 30 l. t. p. s. t. d.) ad collationem abbatis et capituli monast. s. Judoci supra mare O. S. B., Ambianensis di., et sæculari clerico assignari soliti. — In e. m. ep.o Ambianen., et archidiacono de Pontivo Ambianen., ac Bernardo Granerii, can. Burdegalen. eccl., PP. cap. (*A.* 337, f. 531[b]; *V.* 105, ep. 566).

Ut s. T. X ½, XII ½.

59338. — *Guillelmo dicto de Vinina, cler. Ambianen. di.*, gratia exp. benef. ecclesiast. (c. c. 50 vel s. c. 30 l. t. p. s. t. d.) ad collat. abbatis et conv. monast. s. Wandrigezili O.S.B., Rothomagen. di., et sæculari clerico soliti assignari. — In e. m. Bernardo Granerii, Burdegalen., cap. PP., et Joanni de Blangiaco ac Joanni de Busco, Rothomagen. eccl. can. (*A.* 337, f. 608[a]; *V.* 105, ep. 654).

Ut s. T. XIV.

59339. — *Francisco Cibo, civi Januensi*, conc. indulgentia plenaria semel in articulo mortis. (*A.* 337, f. 573[b]; *V.* 105, ep. 950).

Ut s. T. XIV.

59340. — Item *Francescæ, uxori prædicti Francisci.* (*A.* 337, f. 573[b]; *V.* 105, ep. 951).

Ut s. T. X.

59341. — *Poncio, abbati monast. Fuxensis O. S. A., Appamiarum di.*, facultas recedendi e curia. (*A.* 44, f. 593[a]; *V.* 105, ep. 1110).

13 (id.) *jan. 1333* T. XX.

59342. — *Nicolao, ministro F. O. M. Bohemiæ*, facultas recipiendi locum in oppido Bechiniæ, Pragensis di. (*A.* 43, f. 541[a]; *V.* 104, ep. 1386; Eubel, *Bullarium Franciscanum*, t. V, p. 539, n. 1005).

Ut s. T. XIV.

59343. — *Guillelmo de Ventenaco, can. Æduensi*, conc. indulgentia plenaria in articulo mortis. (*A.* 337, f. 572[a]; *V.* 105, ep. 936).

Ut s. T. XXX.

59344. — *Archiepiscopus Treverensis, et decanus Meten., ac archid. Tullensis eccl.* dantur ut judices conservatores monasterio s. Petri Montis, S. A. immediate subjecto, O. S. A., Meten. di. (*A.* 44, f. 559[b]; *V.* 105, ep. 1022).

Ut s. T. XVI.

59345. — Visitantibus eccl. s. Venantii Camerinen., in qua dicitur corpus dicti sancti requiescere, in ipsius sancti, Nativitatis, Paschæ, Ascensionis Domini, Penthecosten et singulis B. M. V. festis conc. indulgentia 1 anni et per octavas eorumdem festorum 40. (*A.* 44, f. 594[b]; *V.* 105, ep. 118).

Ut s. T. XVI.

59346. — Item pro visitantibus eccl. Camerinensem sub vocabulo B. M. V. constructam. (*A.* 44, f. 594[b]; *V.* 105, ep. 1119).

14 jan. 1333 (XIX kal. feb.) T. X ½, XII ½.

59347. — *Joanni Fage de La Faga, presb. Mirapiscen. di.*, gratia exp. beneficii ecclesiastici c. c. (60) vel s. c. (40 l. t. p. s. t. d.) ad collationem ep.i Condomiensis. — In e. m. de Lesato et de Flarano, Riven. et Auxitanæ di., monast. abbatibus, ac camerario eccl. Electensis. (*A.* 43, f. 96[a]; *V.* 104, ep. 210).

Ut s. T. X ½, XII ½.

59348. — *Roberto de Gon* item de simili beneficio ad collationem abbatissæ et conventus monast. de Cadomo, O. S. B., Bajocensis di., in civitate vel di. Bajocensi et sæculari clerico assignari consueto; non obst. in de Villa ruina et de Villenzon ecclesiis præstimoniis, Conchen. di.; dimittat parochialem eccl. s. Martini de Manerio, Rothomagen. di. — In e. m. archiep.o Rothomagensi, et ep.o Conchensi, ac Raymundo Flori, can. Urgellensi. (*A.* 43, f. 96[b]; *V.* 104, ep. 211).

Ut s. T. XVI.

59349. — *Archiep.o Bremen., et abbati monast. Belbuccen., Caminensis, ac scolastico Tullensis eccl.* mand. ut mag. Lubberto Glasenap, licentiato in decretis, conferant præposituram Bardevriensem in ecclesia Verdensi c. c. (6 march. puri argenti) vacantem; non

Datum Avenion.

obst. canon. sub exp. præb. in Verdensi, Caminen. et Bremen., ac Colberg ecclesiis Caminen. di. canonicatu et præb. minoris valoris (citra 4 flor.). (*A.* 43, f. 90[a] ; *V.* 104, ep. 220).

14 jan. 1333 (XIX kal. feb.) I X ½, XII ½

59350. — *Eidem Lubberto* prov. canonicatus sub exp. præbendæ eccl. Verdensis, reliqua ut s. (*A.* 43, f. 90[b] ; *V.* 104, ep. 221).

Ut s. T X ½, XII ½.

59351. — *Henrico de Dompna Petra juniori*, consid. Joannæ reginæ Franciæ et Navarræ, prov. canon. sub exp. præb. eccl. Remensis. — In e. m. abbati monast. s. Genovefæ Parisien., et Carnotensis ac Laudunensis eccl. decanis. (*A.* 43, f. 147[a] ; *V.* 104, ep. 326).

Ut s.

59352. — *Joanni de Caleziis* gratia exp. benef. ecclesiastici (c. c. 60 vel s. c. 40 l. t. p. s. t. d.) ad collationem episcopi et capituli Claromontensis in diœcesi Claromontensi ; non obst. in eccl. de Villandrano, Burdegalen. di., canon. et præb. ; dimittat ecclesiam curatam de Lobersano, Auxitanæ di. — In e. m. episcopo Aquensi, et abbati monast. s. Genesii Claromonten., ac archid. Anglesii in eccl. Auxitana. (*V.* 104, ep. 876).

Ut s. T. XIV.

59353. — *N. v. Philippo de Angelo, mil. Salernitano*, item ac s., n. 59343. (*A.* 44, f 23[a] ; *V.* 104, ep. 1107).

Ut s. T. XIV.

59354. — Item *Philippæ Marchisanæ, n. m. de Salerno.* (*A.* 44, f. 23[a] ; *V.* 104, post epistolam 1107).

Ut s. T. XIV.

59355. — Item *Thomasiæ de Agello, viduæ quond. Rainaldi Marchesani Salernitan.* (*A.* 44, f. 23[a] ; *V.* 104, ep. 1108).

Ut s. T. XVI, XVIII.

59356. — *Frederico, episcopo Caminensi*, facultas caritativum subsidium percipiendi e subjectis ejus. — In e. m. Colbergen. et Guizstrowen. præpositis, ac decano Orecuren. eccl., Caminensis di. (*A.* 43, f. 663[a] ; *V.* 104, ep. 1288).

Ut s. T. XVIII.

59357. — *Girberto Besseriæ, presb. s. Flori di.*, jam dispensato de defectu natalium, cum esset e soluto et soluta genitus, facultas obtinendi unum benef. ecclesiast. c. c. et aliud c. c., etiamsi eorum alter canon. et præb. fuerit et in eccl. cathedrali extiterit, consid. Guillelmi ep.i Sabinen., cujus est capellanus familiaris. (*A.* 43, f. 540[b] ; *V.* 104, ep. 1384).

Ut s.

59358. — *Vacat.*

Ut s. T. XX

59359. — *Episcopo Leodiensi* mand. ut parochialem eccl. de Furon Comitis, Leodien. di., mensæ abbatis B. M. Lucemburgensis monasterii, O. S. B., Treveren. di., uniat, consid. Joannis, regis Bohemiæ. (*A.* 43, f. 541[b] ; *V.* 104, ep. 1388).

Ut s.

59360. — *Bernardo La Fieyra, Sarlatensis di. clerico*, confertur jus competens Radulpho La Fieyra, ejusdem di. clerico, de quadam præbenda sacerdotali eccl. Cameracensis quæ vacabat per obitum Petri de Collemedio quæque adjudicata est dicto Radulpho per tres diffinitivas sententias promulgatas a diversis auditoribus causarum apostolicarum. (*V.* 105, ep. 132 ; A. Fayen, *Lettres de Jean XXII*, t. II, p. 648, n. 3378).

Ut s. T. X ½, XII ½.

59361. — *Arnaldo de Briolio, monacho monast. Clariacensis, O. S. B., Agennen. di.*, supplicante Aynardo abbate ejusdem monast., gratia exp. benef. ecclesiastici c. c. vel s. c. (100 l. t. p. s. t. d.) ad collationem abbatis et conv. dicti monasterii ; dimittat operariam quam inibi obtinet. — In e. m. episcopo Agennensi, et archid. Melden., ac Guillelmo Audeberti, can. Petragoricen. eccl. (*A.* 44, f. 490[b] ; *V.* 105, ep. 739).

Ut s. T. XIV.

59362. — *Abbati monast. s. Dionysii et decano, ac Frederico de Janua, can. eccl. Remensis*, mand. ut recipi faciant Sibiliam, natam Alexandri dicti La Percia de Remis, puellam litteratam Remen., in monast. de Avenayo O. S. B., Remen. di. (*A.* 44, f. 545[a] ; *V.* 105, ep. 877).

Ut s. T. XIV.

59363. — *Aynardo, abbati monast. Clariacensis, O. S. B., Agennensis di.*, conc. in articulo mortis semel indulgentia plenaria. (*A.* 337, f. 572[a] ; *V.* 105, ep. 937).

Ut s. T. X.

59364. — *Aynardo, abbati monast. Clariacensis, O. S. B., Agennen. di.*, facultas testandi. (*A.* 44, f. 594[a] ; *V.* 105, ep. 1117).

Ut s. T. XVI.

***59365.** — *Archiepiscopo Narbonensi et episcopo s. Pontii Thomeriarum* mand. ut procedant in causa capitulariorum Tolosanorum ratione condemnationis Aymerici Berengarii. (*A.* 44, f. 654[b] ; *V.* 105, ep. 1294 ; M. Fournier, *Les statuts et privilèges des universités françaises*, t. I, p. 523, n. 571).

Ut s. T. X ½, XII ½.

59366. — *Augerio de Mireleng*, consid. Guillelmi episcopi Sabinensis, prov. canon. eccl. Ovetensis sub exp. præb., præstimoniorum et præstimonialium portionum. — In e. m. monast. s. Isidori Legionensis et sæcularis de Frenuncea Burgen. abbatibus, ac decano Abulensis eccl. (*A.* 44, f. 455[b] ; *V.* 105, ep. 436).

Datum *Avenione*

14 jan. 1333 (XIX kal. feb.) T. X ½, XII ½.

59367. — *Raymundo de Mireteng* item in ecclesia Conchensi et eadem consid. — In e. m. decano Abulen., et archid. de Metina, ac Joanni Alfonsi, can. Seguntin. eccl. (*A.* 44, f. 456[a]; *V.* 105, ep. 437).

Ut s. T. XX.

59368. — *Frederico archiepiscopo Rigensi* facultas visitandi, corrigendi et reformandi monast. s. Crucis in Dubrannik, O. S. A., Olomucensis di., quod progenitores ejus construxerunt et dotaverunt ac cujus jus patronatus ad eos pertinet, per aliquam personam, cum neptis ejus, Ofka nomine, abbatissa exorbitet malis moribus. (*A.* 44, f. 667[b]; *V.* 105, ep. 1333).

15 jan. 1333 (XVIII kal. feb.) T. X ½, XII ½.

59369. — *Petro Andreæ, licentiato in legibus*, prov. canon. sub exp. præb. ecclesiæ Carnotensis; consid. Philippi R. F. cujus est cler.; non obst. in de Eveziaco, Claromonten. di., canon. et præb.; dimittat in ecclesia B. M. Portus Claramontensis chorariam. — In e. m. monast. s. Genovefæ Parisien., et sæcularis s. Asterii Petragoricen. abbatibus, ac decano Nivernensis eccl. (*A.* 43, f. 119[a]; *V.* 104, ep. 273.

Ut s. T. X ½, XII ½.

Ut s. **61247.** — *Archiepiscopo Rigensi ejusque suffraganeis* mand. ut observari faciant ordinationes pontificales quoad celebrationem missarum, recitationem orationum et appositionem truncorum in singulis ecclesiis suarum civit. et di. occasione dicti passagii. — In e. m. archiepiscopis Januensi, Maguntin., Bracharensi, Nidrosien., Pisan., Neapolitan., Sipontin., Lunden., Aquen., Bremen., Salernitan., Ebredunen., Arelaten., Calaritan., Messanen., Salzeburgen., Colonien., Acheruntin., Viennen., Baren., Tranen., Ravennaten., Brundusin., Armachan., Teban., Antibaren., Upsalen., Nicosien., Panormitan., Patracen., Arboren., Turritan., Mediolanen., Compostellan., Terraconen., Cantuarien., Capuan., Toletan., Tarentin., Magdeburgen., Beneventan., Eboracen., Amalfitan., Ydrontin., Sanctæ Severinæ, Capuan., Strigonien., Dublinen., Cassellen., Consanen., Jadren., Spalaten., Cæsaraugustan., Ragusin., Ispalen., Montisregalis, Regin., Gnesnen., Surrentin., Tuamen., Colocensi eorumque suffraganeis. (*A.* 44, f. 134^a; *V.* 104, ep. 23; *de curia*).

Ut s. **61248.** — *Aquilegensi, Gradensi et Constantinopolitano patriarchis eorumque suffraganeis* item. (*A.* 44, f. 135^b; *V.* 104, ep. 23, f. 34^b; *de curia*).

Ut s. **61249.** — Item *Joanni s. Theodori diac. card., S. A. legato, et episcopis exemptis infra terminos legationis ipsius constitutis.* (*A.* 44, f. 135^b; *V.* 104, ep. 23, f. 34^b; *de curia*).

Ut s. **61250.** — Item *Angelo Viterbien. et Tuscanen. episcopo, in Urbe vicario.* (*A.* 44, f. 135^b; *V.* 104, ep. 23, f. 34^b; *de curia*).

Ut s. **61251.** — *Cassinensi et aliis episcopis exemptis per terram Siciliæ citra Farum constitutis* item. (*A.* 44, f. 135^b; *V.* 104, ep. 23, f. 34^b; *de curia*).

Ut s. **61252.** — Item *episcopo Caminensi.* (*A.* 44, f. 136^a; *V.* 104, ep. 23, f. 34^b; *de curia*).

Ut s. **61253.** — Scribitur de eodem *Joanni diac. card., A. S. legato, et universis episcopis exemptis infra legationis ipsius terminos constitutis.* (*A.* 44, f. 124^b; *V.* 104, ep. 26, f. 36^a; *de curia*).

Ut s. **61254.** — De eodem scribitur *Aquilegensi, Graden. et Constantinopolitano patriarchis eorumque suffraganeis.* (*A.* 44, f. 124^b; *V.* 104, ep. 26, f. 36^a; *de curia*).

Ut s. **61255.** — De eodem scribitur *Cassinensi et universis aliis episcopis exemptis per terram Siciliæ citra Farum constitutis.* (*A.* 44, f. 124^b; *V.* 104, ep. 26, f. 36^a; *de curia*).

Ut s. **61256.** — Item *Angelo, Viterbien. et Tuscanensi episcopo, in Urbe vicario.* (*A.* 44, f. 124^b; *V.* 104, ep. 26, f. 36^a; *de curia*).

Ut s. **61257.** — Item *ep.o Caminensi.* (*A.* 44, f. 125^a; *V.* 104, ep. 26, f. 36^b; *de curia*).

4 (II non.) *aug. 1333* **61258.** — *Joanni Pisano, consiliario imperatoris Græcorum,* injungitur ut s. Basilii et s. Demetrii monast. abbates ac græcos dissidentes ad obedientiam S. R. E. et unitatem fidei orthodoxæ redire cupientes in eo proposito corroboret et confirmet ac eos ad illud

Datum *Avenione.*

consummandum inducat. (*A.* 44, f. 71[a]; *V.* 104, ep. 5; *de curia*; Raynaldi, *Annales ecclesiastici ad annum* 1333, §. 18).

10 (IV id.) *aug.* *1333*

61259. — *Universis Christifidelibus* injungitur ut fratribus O. P. ad partes infidelium proficiscentibus ad evangelizandum verbum Dei ipsis infidelibus et e dictis partibus pro promotione dicti negotii ad S. A. redeuntibus non præstent nec præstari permittant aliquod impedimentum. (*A.* 44, f. 70[b]; *V.* 104, ep. 4; *de curia*).

13 (id.) *aug.* *1333*

61260. — *Fratribus O. P. ad partes infidelium profecturis ad eos evangelizandos* indulgetur ut gratiæ et privilegia eis concessa non expirent per obitum concedentium, sed illa quoad ipsorum effectum in sua plena remaneant firmitate. (*A.* 44, f. 70[b]; *V.* 104, ep. 3; *de curia*).

APPENDICES AD SEPTIMUM DECIMUM ANNUM BULLARII JOANNIS PAPÆ XXII ANNUM

I

Instrumenta Miscellanea

Datum *Avenione.* *23 sept. 1332* (IX kal. oct. a° XVII°)

61261. — Joannes Papa XXII committit *Poncio Stephani*, can. Biterren., A. S. nuntio, ut bona omnia bo.me. Antonii, ep.i Florentini, sibi faciat assignari pro satisfactione summæ 5.000 flor. auri, vel partis ejusd., quos id. episcopus de decima sexennali a Clemente Papa V in concilio Viennen. imposita cameræ apost. tempore sui obitus extiterat obligatus. (*Originale perg.*; *de curia*; n. 1222).

6 (II non.) *oct. 1332 ind.* I *a*.

61262. — *Joannes de Tor, decanus, et mag. Hermannus de Stocka, can. Constantien.*, supplicant Gasberto, Papæ camerario, ut a comparitione personali coram ipso, ad respondendum in jure Jacobo dicto Griessemberch, excusatos ipsos habeat, propter discrimina et pericula viarum. (*Originale perg. et parvum*; n. 1223).

Die veneris 9 (VII id.) *oct. 1332.*

61263. — *Archiep.us Cæsaraugustanus* absolvit mag. Ægidium d'Albornoz, can. eccl. Toletanæ, D. D., a sententiis incursis juxta constitutionem super pluralitate benef., retinendo archidiaconatum de Calatrava c. c. in dicta eccl., deinde ejusd. archidiac. resignatione recepta, fructus perceptos sibi remittit, et eumd. archidiaconatum de novo confert juxta litt. apost. datas Avenione XV kal. aug. a. XVI. (*Originale perg.*; n. 1224).

19 oct. 1332, ind. XV.

61264. — Processus habiti de mand. rectoris ducatus Spoletani contra universitates Fulginei, Eugubii, Assisii, etc., qui conspiraverunt contra R. E., Papam, ducalem curiam et rectorem dicti ducatus. (*Originale perg. valde longum et tribus membranis insimul sutis constans*; n. 1225).

25 et 26 oct. 1332, ind. XV.

61265. — *Manente Franczuri* recepit stipendia pro armigeris conductis de mand. ejusd. rectoris, pro custodia eccl. s. Fortunati, plebis de Montefalcone. — *Pitellus Massey de Spoleto castellanus rocchæ Battiferiæ, comitatus Spoleti*, recepit stipendia pro armigeris qui fuerunt ad custodiam dictæ rocchæ. (*Originale perg. longum et duabus membranis insimul sutis constans*; n. 1203).

Die ultima 31 oct. 1332, ind. XV

61266. — *Joannes de Amelio, rector*, recepit a Petro Maynade, thesaur. ducatus Spoletani, stipendia de mense jan. 1324 ad oct. 1332. (*Originale perg. longum*; n. 1226).

5 nov. 1332

61267. — Receptio litterarum *Arnaldi s. Eustachii diac. card.*, præp. eccl. Barjolen., Forojulien. di., super collatione facienda Jacobo Berto, de Draguignano, ejusd. eccl. cler., de clericatu per obitum Hugonis Spelutæ, alias Dethiverii, in ead. eccl. vac., et ad ejusd. præp. collationem pertin. Dictæ litt. (D. in Villanova prope Avenionem, 18 aug. 1332) præsentatæ fuerunt Raimundo Trotelli, cap. curato et vice officiali Barjolen. (*Originale perg.*; n. 1227).

14 nov. 1332, ind. XV, Joannis XXII *anno* XVII

61268. — *Petrus de Talliata, leg. professor, sacrista eccl. de Burlatio, Castren. di., A. S. pro reformatione et tuitione ducatus Spoletan. nuntius*, recepit a Petro Maynade, thesaur.

ejusd. ducatos, 700 flor. auri pro stipendiis suis a die IX jan. ad diem II dec. 1332. (*Originale perg.*; n. 1229).

14 nov. 1332

61269. — Aliud instr. brevis de ead. solutione, continens solutiones factas ab eod. thesaur. multis requisitis per dictum nuntium ad reducendum terram Mevaniæ obedientem rector: jam dict. ducatus (*Originale perg.*; n. 1228).

Die dominica, 15 nov. 1332, ind. I

61270. — *Lucia abbatissa et quamplures moniales monast. S. M. de Gattaiola, Lucan. di.*, provant pieb. de Peccolo, ad eodem monast. pertin., Lucan. presb. turpem et inhonestum. (*Originale perg. corrosum*; n. 1230).

Die lunæ XVI nov. 1332, ind. XV.

61271. — *Guillelmus, ed. in abbatem monast. s. Jacobi de Ast, ord. Vallis Umbrosæ*, constituit Nicolaum de Carevanova, Papæ cap. commensalem, procuratorem suum ad promittendum solutiones servitiorum Papæ et colleg. : card. camerariis. (*Originale perg.*; n. 1231).

Datum *Avenione. 5* (non.) *dec. 1332.*

61272. — Joannes Papa XXII mandat *mag. Raimundo de Salgis, can, Aurelianen., cap. suo, A. S. nuntio*, ut a collectoribus fructuum primi anni benef. vac. et ad annum vacaturorum in civit., di. et provincia Tranen., petat et exigat pecunias collectas. (*Originale perg.*; *de curia*; n. 1233).

Ut s.

61273. — Simile mand. *eid. nuntio* quoad civit., di ; et provinciam Sipontin. (*Originale perg., de curia*; n. 1235).

Ut s.

61274. — Simile mand. *eid. nuntio* pro civit., di. et provincia Surrentin. (*Originale perg.*; *de curia*; n. 1234).

Ut s.

61275. — Simile mand. *eid. nuntio* pro civitate, di. et provincia Sanctæ Severinæ. (*Originale perg.*; *de curia*; n. 1236).

Ut s.

61276. — Joannes Papa XXII mandat personis ecclesiast. civit., di. et provinciæ Neapolitan. ut solvant fructus primi anni benef. vac. et usque ad unum annum vacaturorum quos pro necessitatibus cameræ apost. reservavit. (*Originale perg.*; *de curia*; n. 1237).

Ut s.

61277. — Id. mandatur personis ecclesiast. civit., di. et provinciæ Sanctæ Severinæ. (*Originale perg.*; *de curia*; n. 1232).

Ut s.

61278. — Id. mandatur personis ecclesiast. civit., di. et provinciæ Amalfitan. (*Originale perg.*; *de curia*; n. 1238).

21 dec. 1332, ind. I.

61279. — *Philippus, ep.us Agrigentin.*, constituit Berengarium Ombaldum, archid., et Raymundum de Villa, can. Agrigentin., procuratores suos ad lites. — Dorso pergaminis legitur : *In causa Agrigentina*; *die mercurii* XXI *aprilis dominus Humbaldus procurator produxit*, etc. (*Originale perg.*; n. 1239).

Datum *Avenione 20 jan. 1333* (XIII kal. feb.).

61280. — Joannes Papa XXII quittat socios societatis Bardorum de Florentia de 5000 flor. auri cameræ apost. nomine Petri Maynade, olim thesaur. ducatus Spoletan., per ipsos assignatorum. (*Originale perg.*; *de curia*; n. 1240).

26 jan. 1333 ind. I.

61281. — Copia processuum contra Viterbienses IX kal. jan. Jo. XXII a. XVI ut fautores Ludovici de Bavaria et Petri de Corbaria habitorum per Joannem s. Theodori diac. card. A. S. legatum et per ipsum rectori Patrimonii b. Petri in Tuscia missorum Urbis non. jan. Joannis XXII anno XVI. (*Pergamen longum*; n. 1207).

Neapoli 12 feb. 1333

61282. — *Raimundus de Salgis, D. D., can. Aurelianen., Papæ cap., A. S. nuntius*, collector fructuum benef. vac. et usque ad unum annum vacaturorum, mandat archiepiscopo Sipontino et ejus suffraganeis ut conservare curent dictos fructus eid. collectori, cum requisiti fuerint, assignandos. (*Oirignale perg. parvum cum duabus vittis canapis quarum altera fert sigillum ceræ rubeæ*; n. 1241).

6 mart. 1333 ind. I.

61283. — Procurator *Petri de Alvernia*, licent. in leg., can. Noviomen., A. S. nuncii in regno Poloniæ, requisivit Joannem, ep.um Cracovien., super investitione canon. et præb. eccl. s. Floriani prope Cracoviam, vac. per obitum Drisconis, et eid. nuncio per bo.me. Wladislaum, regem Poloniæ, collatos, quos quidem id. ep.us Nicolao, filio Eustachii subdapiferi dicti regis, consanguineo suo, laico et illiterato contulerat, a qua collatione procurator præfatus appellavit petens apostolos. (*Originale perg.*; n. 1242).

Avinione, 1333 ind. I, 10 apr. anno XVII in hospitio domus suæ.

61284. — *Raimundus de Argilaqueriis, can. Urgellen.*, unus ex executoribus gratiæ exp. prioratus, vel præposituræ, seu off., administr. aut benef. consueti mon. monast. S. M. de Rivopullo, O. S. B., Vicen. di., assignari, Guillelmo de Steguel, ejusd. monast. mon., concessæ, mandat pluribus Elnen., Vicen. et Urgellen di.. ut ad executionem hujusmodi gratiæ procedant. — Dorso pergamenis legitur : *In causa de Rivopullo exhibuit dictus frater Guillelmus die IX dec.* (*Originale perg.*; n. 1243).

Cracoviæ 28 apr. 1333, ind. I.

61285. — *Petrus de Alvernia, licent. in leg., can. Noviomen., A. S. nuntius in regno Poloniæ*, constituit procuratores ad recipiendum investituram canon. et præb. eccl. s. Floriani prope Cracoviam ad quos per bo. me. Wladislaum,regem Poloniæ, patronum eorumd., canon. et præb. legitime extitit præsentatus. (*Originale perg.*; n. 1244).

7 maii 1333, ind. I, Joannis XXII *anno* XVII

61286. — *Almosia, relicta quond. Joannis de Rupe Amatoria*, nomine suo et suorum filiorum, quittat Petrum Maynade de omnibus in quibus ipse viro suo tenebatur. (*Originale perg., parvum*; n. 1245).

1333, ind. I, Jo. XXII *a.* XVII. *die martis post festum s. Trinitatis quæ fuit 1a dies mensis jun.*

61287. — Acta in causa vertente coram judice privilegiorum eccl. Laudunen. inter mag. Aymarum de Altavilla, dictæ eccl. can., et Robertum de Osteduno domicellum, nomine suo et Beatricis Berlionæ, uxoris ejus, quæ excommunicata fuerat a præfato judice ad instantiam dicti Aymari. (*Originale perg.*; n. 1246).

26 jul. 1333. (VII kal aug. a. XVII)

61288. — Fragm. litteræ Joannis Papæ XXII qui, passagio generali ad Terram Sanctam indicto, mandat..... ut de redditibus eorum ecclesiast. solvant ac ab aliis personis ecclesiast. suarum civit et di. petant decimam sexennalem ad hoc impositam. — *Tergo legitur: Londonien. si dicitur quod est superflua.* (*Originale perg. corrosum*; n. 1217).

12 aug. 1333. ind. I, Joannis XXII *anno* XVII

61289. — *Ingerannus, archiep.us Capuan., regni Siciliæ cancellarius*, conf. Ingeranno Salvacossæ de Yscla eccl. s. Martini de villa Marzanisii, Capuan. di., vac. per obitum Leonardi de Guelcino de Campania. (*Originale perg.*; n. 1248).

Ut s.

61290. — *Condomini castri Montis Dragonis, Aurasicen. di.*, promittunt solvere Gasberto, archiep.o Arelaten., tertiam partem pecuniarum quas id. archiepiscopus expendit in causa vertente inter ipsum et eosd. condominos ex una, et procuratorem regis Franciæ et priorem s. Saturnini de Portu ex altera, prout iid. condomini et archiep.us convenerant. (*Originale perg. parum legibile*; n. 1249).

17 aug. 1333, ind. I, Joannis XXII *anno* XVII

61291. — *Petrus, ep.us Mirapiscen.*, subdelegatus ad infra scripta a Bertrando, Ostien. et Velletren. ep.o, A. S. legato, absolvit ab omnibus processibus et sententiis universitates Firman., Auximan., Urbinaten., Æsin., Fabrian., Serræ comitum, Serræ s. Clerici, Barbaræ, in Marchia Anconitan. consistentes, qui, prout jam eorum procuratores coram Papa confessi fuerunt, simulata tantum et propter metum adhæserant et crediderant Ludovico de Bavaria et Petro de Corbario. (*Originale perg. magnum*; n. 1250).

1333, ind. I, 19 aug. Jo. XXII *a.* XVII

61292. — *Idem ep.us* absolvit ut s. universitatem terræ s. Elpidii. (*Originale perg. magnum et corrosum*; n. 1251).

26 aug. 1333 (VII kal. sept.)

61293. — *Simon, el. Gallellinen.*, constituit procuratores ad recognoscendum consueta servitia cameræ apost., collegio card. eorumque familiaribus. (*Originale perg. parvum et corrosum*; n. 1253).

1 sept. 1333-11 jun. 1334.

61294. — Summæ receptæ a *Bertrando de s. Genesio, decano Engolismen., sacri palatii auditore*, qui missus fuit a Papa ad reges Siciliæ et Hungariæ Neapolim, ad Urbem Romam pro pace inter Columnen. et Ursinos tractanda, et iterum ad regem Siciliæ una cum nuntiis regis Franciæ super facto passagii ultramarini. (*Originale cartaceum parvum*; n. 1262).

1333, ind. I, 3 sept., Jo. XXII *a.* XVII

61295. — *Gisbertus de Cornelio* constituit procuratorem ad resignandum juxta constit. super pluralitate benef. decanatum, canon. et præb. eccl. B. M. de Villamauri, Trecen. di. — Subtus documentum legitur: *Procurator iste renunciavit dictis decanatu et præb. in manibus d.ni camerarii die XIV mensis nov. præsentibus Guidone Radulphi, thesaur., et d.no Petro Maynade.* (*Originale perg.*; n. 1254).

II

Instrumenta archivii Castri Sancti Angeli anni septimi decimi pontificatus Joannis XXII prout in armariis ejusdem archivii jacent[1]

Die mercurii 21 oct. 1332 ind. XV.

61296. — Instrum. quo *Jacobinus vocatus Mimannus* adultus filius olim Zachariæ, d.ni Mathæi de Castello, civis Bononien., petit ab Agnelo d.ni Guidonis de Prato, judice Bononien, curatorem ad ratificandum venditionem quam facere intendit Bertrando, ep.o Ostien. et Velletren. de quadam domo in dicta. civit., pro pretio 150 lib. bononien. — Se-

1. Nuper alteri numerationi instrumentorum istius archivii scriptores Vaticani laboraverunt; quocirca intra parenthesim antiqua numeratio adinvenietur.

quitur instrum. venditionis dictæ domus, actum ead. die. (*Pergamen longum duabus membranis constans*; *Armario C, n.* 338 (*Armario C, capsa* II, fasc. 31, n. 14).

12 jan. 1333 (n. st.) Joannis XXII, *anno* XVII

61297. — Instr. continens promissiones, obligationes et juramentum fidelitatis factas et p[illegible] per n. v. Opizonem, marchionem Esten., suo et Rainaldi fratris sui nominibus, Bertrando, Ostien. et Velletren. ep.o, A. S. legato, pro E. R. recipienti, pro civit. Ferrarien., comitatu et ejus districtu ad per eos gubernandum nomine R. E. sub censu annuo f0000 et pro restitutione civit., comitatus et districtus eorumd. dictæ R. E. facienda. (*Armario C*, n. 188; *orig. perg., cujus principium desideratur, cum cordula canapis et cærulea, ex qua pendet sigillum eorumd. marchionum, e cera alba et viridi, in cujus facie aquila conspicitur*).

2 mai 1333, ind. I

61298. — Apodixa *Rostagni Monche, civis Avenionen.*, suo sigillo munita, de 8 flor. auri receptis pro pensione domus in qua inhabitat archiep.us Rigen. in Avinione. (*Armario C. n.* 1204. (*Armario C*, capsa IV, fasc. 80); *instrumentum cartaceum et parvum*).

Apud Montem Argi, XXIV *mali a. 1333.*

61299. — Littera Philippi, regis Francorum, ad Joannem Papam XXII, continens quod ipse consentit conditionibus, protestationibus et retentionibus factis per eumd. PP. quando ipsum regem constituit capitaneum generalem in passagio ultramarino faciendo. — De par le roy nous present. N. de Molinis (*Armario C*, n. 110 (Armario C, fasc. 8, n. 7); *perg. parvum*).

17 aug. 1333, ind. I, anno XVII *Joannis XXII*

61300. — Sindici communitatum Firman., Auximan., Urbinaten., Æsin., Fabrian. et aliarum terrarum in Marchia Anconitana consistentium cum petierint absolvi a pœnis et sententiis incursis ob adhæsionem Ludovico de Bavaria et Petro de Corbario, et conflictus factos contra terras R. E. fideles, promiserunt solvere de summa 25.000 flor. cui condamnati fuerunt, 15.000 flor. de VI mensibus in VI menses solvenda, pro qualibet vice et quolibet termino 5.000 flor. (*Armario C*, n. 645 (Armario C, capsa III, fasc. 48, n.4); *perg.*).

Ut s.

61301. — *Mercenarius de Monteviridi* obligavit se et commune Firman. quod, contra communitates, partem pecuniæ ab ipsis debitæ solvere recusantes, equites et pedites mittet ut de prædictis 15.000 flor. facilior executio fiat. (*Armario C*, n. 646 (Armario C, capsa III, fasc. 48, n. 5); *perg.*).

19 aug. 1333, Joannis XXII, *a.* XVII, *ind. I*

61302. — *Commune de s. Elpidio* promiserunt contribuere una cum aliis communitatibus ad solutionem pecuniæ ipsos contingentem de prædicta summa 15.000 flor. (*Armario C*, n. 647 (Armario C, capsa III, fasc. 48, n. 6); *perg.*).

III

Instrumenta archivii Castri Sancti Angeli annorum 1332 et 1333 prout in inventario Garampiano jacent[1]

6 sept. 1332, ind. XV

V.1 **61303.** — Testamentum Loddi quondam Taduicii de Preceno (*Armario* 35, t. 14, f. 15[a]).

61304. — Traditio clavium et inventarii thesauri Domini papæ depositi in loco F. M. de Assisio facta domino Petro de Castaneto, vicerectori ducatus Spoletani, per dominum Joannem de Amelio, rectorem. (*Instr.* 1324-1332).

31 oct. 1332

V **61305.** — Mandatum *Viterbiensis communitatis* in persona Nicolai Simonetti ad comparendum coram Philippo de Chamberlhaco et obediendum atque assignandum castrum Sipicciani comitatus et districtus Viterbii. (*Armario* 35, t. 14, f. 5[b]).

4 dec. 1332, ind. XV

V **61306.** — *Faciolus de Præfectis* promittit dicto Philippo veram obedientiam et assignare civitatem Viterbii ejusque comitatum et districtum ad beneplacitum etc. (*Armario* 35, t. 14, f. 7[a]).

5 dec. 1332 Ut s.

V **61307.** — *Nicolaus Simonetti* procurator Viterbii et syndicus, sciens civitatem Viterbii ejusque comitatum et districtum ad jus R. E. spectare, promisit fidelitatem et consignare castrum Sipicciani et roccham ut in instrumento sub die 5 dec. 1332 dicitur. (*Armario* 35, t. 14, p. 6[a]).

14 dec. 1332

V **61308.** — Ratificatio omnium gestorum per communitatem Viterbii et juramentum fidelitatis nobilium civium Viterbiensium. (*Armario* 35, t. 14, f. 8[a]; Theiner, *Codex diplomaticus*, t. I, p. 602, DCCLXXIII).

1. Tantummodo reperitur instrumentum cui præponitur littera V.

15 dec. 1332.

V **61309.** — Traditio possessionis castri et rocchæ Sipicciani in manibus Philippi de Chamberlhaco et juramentum fidelitatis præstitum per massarios dicti castri. (*Ibid.*, f. 7^b).

19 dec. 1332. die sabbati

V **61310.** — *Communitas Viterbii* constituit syndicum ad petendam absolutionem et suspensionem processuum et interdicti. (*Ibid.*, f. 10^a).

19 dec. 1332.

V **61311.** — *Philippus de Camberlhaco* concedit absolutionem ab excom. et interdictum suspendit ad beneplacitum Joannis XXII cum reincidentia (*Armario* 35, t. 14, f. 10^b).

19 dec. 1332, die sabbati

V **61312.** — Syndicus tradit possessionem Viterbii per traditionem clavium et portarum dictæ civitatis et possessionem castri Celleni et Canapinæ (*Ibid.*, f. 9^a).

Turolii 12 (IV id.) *mart. 1333*

V **61313.** — *Alphonsi II, regis Aragonum*, statutum quo a civibus Valentiæ et Barchinonæ per civitatem Gerundæ transeuntibus cum animalibus oneratis non exigatur aliquod jus ratione passagii. (*Armario* 35, t. 10, f. 202^a).

Datum Bononiæ, 9 apr. 1333

V **61314.** — *Joannes, rex Bohemiæ et Poloniæ rex*, eligit in consiliarium et familiarem Nolfum, comitem de Montefeltro (*Armario* 60, t. 21, p. 7^a; Theiner, *Codex diplomaticus*, t.I, p. 605, doc. DCCLXXIV).

26 apr. 1333 ind. I

61315. — Inscriptio pacis generalis initæ in Monteflascone inter discordantes. (*Adv.*, t. 1, p. 41, p. 846).

30 maii 1333. (III kal. jun.)

61316. — Quietantia *Petri de Alvernia, collectoris et nuncii apost. in regno Poloniæ*, de pecuniis decimæ et denarii B. Petri receptis a Mathia, Wladislavien. episcopo. (*Instrumentum*).

Avinione 1 (kal.) *jul. 1333.*

61317. — Constituitur in rectorem Reatinensem *Philippus de Camberlhaco* (*Adversari*, t. II, p. 477^a).

26 jul. 1333. (VII kal. aug. a. XVII)

V **61318.** — Transsumptum Joannis papæ XXII bullæ directæ *archiepiscopo Pisano* pro passagio Terræ Sanctæ. (*Armario* 32, t. 16, p. 89^a- 96^b).

In Montealbo 18 aug. (XV kal. sept.) *1333*

V **61319.** — *Alfonsi II, regis Aragonum*, concessio facta ad certum tempus habitatoribus regni Valentiæ extrahendi ab insula Sardiniæ frumentum et illud ad dictum regnum Valentiæ asportandi (*Armario* 35, t. 10, p. 212^b).

25 aug. 1333. (VIII kal. sept.)

61320. — Joannis XXII epistola ad Petrum Maynade, thesaur. ducatus Spoletani, quo eum ad se vocat ut informetur de nonnullis negotiis (*Instrumentum*).

1333.

61321. — Instrum. publicationis excom. contra F. O. P. de Oswen in Polonia quia non servaverunt interdictum appositum a nuncio apostolico. Item minæ illatæ ab episcopo Cracoviensi plebanis qui publicaverunt dictas censuras.(*Instrumentum*).

1333.

61322. — Testamentum *Ademarii*, domini castrorum Capriveri, de Bauceto, de Vallis Durensæ, de Menna, de Connari. (*Instrumentum*).

IV

Excerpta e bullario generali ab Alexandro III usque ad Clementem VI in camera præfecti Archiviorum Vaticanorum sito.

Datum *Avenione 12* (II id.) *sept. 1332* (*anno* XVII)

61323. — *Joanni Rigaldi, cler. Caturcen., vicethesaurario ducatus Spoletani*, mand. ut solvat stipendia Petro de Castaneto, vicerectori ejusdem ducatus, assignata. (N. 70 ; *de curia*).

V

Documenta quæ intus registrum Avenionense XLIV extant.

1332-1333. **61324.** — Petita a rege Franciæ pro complendo passagio ultramarino describuntur et responsa Sedis Apostolicæ exponuntur cum competentibus discussionibus (*A.* 44, f. 150[a]-168[b]).

[f. 150[a]] Ea que secuntur tractantur serenissimo principi domino Francie regi pro generali passagio si fuerit indictum per Sedem Apostolicam concedenda super supplicationibus dicti regis, et quia secunde regie supplicationes et etiam subsequentes sunt pleniores quam prime, procedetur in infra scriptis, substantia non mutata, secundum ordinem secundarum, tangendo nihilominus omnia et singula que in presenti negocio, tam super primis quam etiam secundis et subsequentibus, per dominum nostrum summum pontificem prolocuta fuerunt.

Igitur circa predictarum secundarum supplicationum primam que talis est : *Primo quia visis vestris responsionibus, rationibus evidentibus et motivis in eisdem insertis,apparuit dicto regi quod generale passagium erit utilius et convenientius negocio quam particulare, si fieret, supplicat rex predictus quatenus Vestre Sanctitati placeat indicere passagium generale, termino per vos in vestris responsionibus ordinato, scilicet a kalendis augusti proximo preteriti ad tres annos.*

Ad quam dominus papa respondit quod mediantibus juramentis, obligationibus et provisionibus tractatis, videlicet ad requisitionem dicti regis passagium generale termino competenti super hoc ordinando, de quo dictus rex per eamdem Sedem efficietur rector et et capitaneus generalis. Sed in litteris que inde fient continebitur hec clausula : *Per hoc autem quod te, fili carissime, capitaneum dicti generalis passagii constituimus et rectorem, nolumus nec intendimus, nos, seu Sedem Apostolicam, ad aliquid aliud quam que tibi in subsidium dicti passagii concedemus, nec aliter ad illa quam ut concessa fuerint obligari.* Rex autem consentiet expresse protestationi hujusmodi et aliis contentis in dicta responsione apostolica que incipit supra proxime a loco illo : ad quam dominus papa respondit quod mediantibus, etc...

Ad secundam que talis est : *Sane super eo quod, antequam velitis dicto regi pro dicto passagio concedere concedenda, in vestris responsionibus inseritur quod idem rex ad dictum complendum passagium per suas patentes litteras, in ipsis appenso sigillo regio de cera viridi, prestito juramento juxta morem regum Francorum se, bona sua heredesque suos obliget Apostolice Sedi de predicto negotio termino de quo concordabitur realiter et personaliter impedimentis cessantibus legitimis prosequendo, supplicat rex predictus quatenus eidem Sanctitati placeat ab obligationis predicte petitione desistere ; desistendum enim posse videtur ab ea certis ex causis rationabilibus, Sanctitati Vestre per dictos nuncios* [f. 150[b]] *exponendis.*

Ad quam dominus papa respondit eidem sufficere quod fiat, prout in cedula seu notula procuratorii ordinandi per regem super hoc per eum ordinata novissime [2] super forme jura-

1. Les documents dont nous donnons ici le texte intégral, par exception, remontent aux années 1332 et 1333. Nous savons en effet que les ambassadeurs de Philippe VI — l'archevêque de Rouen, l'évêque de Thérouanne, le sire d'Avaugour et Pierre Troussel — se trouvaient dès le mois de février 1332 en cour d'Avignon ; le 19, Pierre Roger — le futur pape Clément VI — exposa en consistoire les projets du roi de France (cfr. K.H. Schaefer, *Die Ausgabe der apostolischen Kammer unter Johann XXII*, Paderborn, 1911, p.116 et G.Mollat, *L'œuvre oratoire de Clément VI*, dans *Archives d'histoire doctrinale et littéraire du Moyen-Age*, t. III (1923), pp. 247 et 255). Les demandes royales ne furent pas toutes agréées. De nouvelles furent présentées postérieurement, après le 1er août 1332 et avant le 24 mai 1333 (voir n. 61299), date à laquelle Philippe VI accepta les conditions stipulées par Jean XXII ; après quoi, il reçut le titre de capitaine général de la croisade le 26 juillet ; le même jour une série de bulles promulgaient celle-ci (voir 61202 à 61255). Des demandes subséquentes furent adressées au pape ; ce sont celles auxquelles fait allusion la procuration du roi datée de Poissy, d'octobre 1333 (Voir, t. XIII, n. 63884).

2. Voir le libellé de la procuration *infra*, p. 243.

mentorum et obligationum dicti regis plenius est insertum ; que quidem cedula vel notula in fine quaterni hujusmodi continetur.

Ad tertiam que talis est : *Item super decimis, donis, legatis, penis, condempnationibus et aliis quibuscumque per Vestram Sanctitatem dicto regi pro suo viagio concessis et etiam concedendis, ut vobis et cuilibet appareat evidenter affectio bona quam habet ad sanctum passagium faciendum et quod omnia et singula supredicta sibi concessa propter hoc et etiam concedenda in ipsius utilitatem viagii sine diminutione qualibet et non alibi convertantur, rex ipse vult et intendit provisionem facere super hiis inferius annotatam, quam indubitanter credit et extimat ipsi negocio profuturam et Sanctitati Vestre gratam esse debere, licet alias talis provisio facta non fuerit in casu simili vel petita. Et in primis quod rex ipse de predictis sibi propter hoc concessis seu etiam concedendis nichil omnino capiet nec capi faciet ut in thesauro suo vel usus alios quam dicti passagii ponatur seu quomodolibet convertatur, sed cum de die in diem per ordinarios juxta vestram ordinationem recepta fuerint tradentur certis bonis et probatis personis burgensibus deputandis a rege, aliis quam thesaurariis seu receptoribus dicti regis, qui predicta recipient, fideliter conservabunt et de mandato certorum prelatorum regni Francorum per eumdem regem deputandorum, Vestre Sanctitati gratorum, utiliter ad ipsius utilitatem viagii dispensabunt. Quibus prelatis aut duobus ex eis dicti receptores, annis singulis, reddent de receptis et expensis compotum et debitam rationem. Qui prelati seu duo ex eis secundum mandatum et ordinationes regias solutiones fieri facient et peccunias liberari pro dicti viagii preparationibus, provisionibus et utilitatibus absque eo quod aliquid de predictis in usus alios convertatur. Jurabunt etiam tam prelati quam receptores predicti, prelati tamen secundum quod decebit eorum honestatem et statum, quod ipsi predicta que sibi fuerunt injuncta fideliter ad ipsius utilitatem viagii facient et complebunt, nec aliquid quod de predictis receptum fuerit in usus alios quam dicti viagii converti pro posse permittent, et quod, si per regem ipsum dictis prelatis precipi vel mandari contingeret ut ipsi de receptis aliquid solverent, liberarent aut solvi seu liberari facerent aliquibus, et* [*f.* 151[a]] *videretur eisdem illud ad utilitatem dicti viagii non cedere, dicti prelati aut duo ex ipsis dicto regi rescribent seu fideliter referent quod inde sibi videbitur faciendum, ad finem quod juxta rescriptionem seu relationem eorum super hoc possit per regem ad utilitatem dicti viagii maturius et comodius provideri, quodque totale residuum integraliter servabitur in loco seu locis regni predicti congruis et securis, super hoc ordinandis in utilitatem dicti viagii, et non alibi convertendum. Si vero prelatorum aut receptorum aliquem seu aliquos, hoc pendente negocio, decedere contingeret, successores eorum vel alii loco defunctorum ydonei subrogabuntur et deputabuntur per regem. Et ut hec melius et firmius observentur, rex bona fide promittet quod ipse non capiet nec capi faciet seu consentiet aliquid de predictis ad convertendum in usus alios quam dicti viagii nec in usus alios convertet seu converti consentiet antedicti viagii iter arreptum per viam quamcumque, directam vel indirectam, tacite vel expresse, occasione, causa seu necessitate quibuscumque nec ad contrarium faciendum seu in usus alios predicta seu aliquid de predictis in casu aliquo convertendum, dabit auxilium, consilium vel favorem ; et quod si, quod absit, ipsum regem aliquo casu contingeret iter non arripere termino concordando pro dicto viagio faciendo, quicquid de predictis tunc esset receptum et in utilitatem dicti viagii aut preparationis ejusdem seu pro eo tunc non esset conversum, etiam si ad regem eumdem, gentes suas, heredes successoresve suos quomodolibet devenisset poni seu liberari, statim, cum hoc ad ipsius deveniret noticiam, sine morosa dilatione faciet, ipsiusque heredes seu successores facient in dictorum manibus receptorum in locis dicti regni congruis et securis, ut premittitur, conservandum. Idemque fiet de galeis, navibus, vasis aliis navalibus, garnisionibus et rebus aliis quibuscumque factis, emptis seu quomodolibet acquisitis de decimis et aliis supradictis necnon de comodis que exinde poterunt devenire, faciensque dictus rex quod dominus Johannes de Francia, dux Normannie, Andegavensis Cenomanensisque comes, filius suus, promittet et jurabit super sancta Dei envangelia quod ipse, in quocumque statu sit in presenti, seu ad* [f. 151[b]] *quemcumque statum deveniat in futurum, etiam si ad successionem et regimen dicti regni devenire contingat eumdem, predicta tenebit et observabit firmiter modo et forma predictis. Quare supplicat dictus rex quatenus dicta provisio Vestre sufficiat Sanctitati.*

Ad quam dominus papa respondit quod in cedula seu notula procuratorii ordinandi per regem, de qua statim in articulo precedenti fit mentio , inseritur certa provisio que domino

pape sufficiet super decima sexennali et aliis subsidiis concedendis, prout in eadem cedula, cujus tenor, ut dicitur superius, in fine quaterni hujusmodi continetur.

Ad quartam, que talis est : *Et quia, Sanctissime Pater, in vestris responsionibus inter alia continetur quod de decima sexennali, quam Vestra Sanctitas placet eidem regi concedere, decima triennalis eidem regi pro preparatoriis et aliis necessariis dicti passagii assignari debebit, proviso tamen quod, si quovis casu prefatum regem ab arreptione itineris dicti passagii contingeret impediri, quod rex ipse ac ejus heredes quicquid recepissent de dictis decimis, quod in dicti passagii non esset conversum comodum, restituere Sedi Apostolice tenerentur, et quod idem fieri debeat de galeis et vasis navalibus aliisque rebus factis vel acquisitis de decimali peccunia, ut in ejusdem Terre subsidium convertantur, proviso nichilominus quod de decimarum ipsarum proventibus nichil in alios usus convertatur, supplicat rex predictus quatenus Vestre Sanctitati placeat ex nunc ordinare, dictoque regi concedere quod, eo casu, quicquid de predictis decimis et aliis quibuscumque que Vestre Sanctitati placebit eidem regi pro dicto viagio concedere, receptum esset, quod in utilitatem dicti viagii seu preparationes ejusdem aut pro eo tunc non esset conversum in usus et comodum transmarini passagii pro rege Francorum, qui nunc est seu pro tempore fuerit, si viagium faceret, aut pro prelatis, baronibus et aliis dicti regni, qui viagium facerent de voluntate Sedis Apostolice ac dicti regis in passagio generali per Sedem indicendo predictam aut particulari per Sedem eamdem et regem qui nunc est aut pro tempore fuerit concordando, vel in aliud Terre Sancte subsidium et comodum de Sedis Apostolice regisque voluntate predicti. Ad quod* [f. 152[a]], *beatissime Pater, potest, ut videtur Vestre Sanctitati, scilicet inclinari.*

Ad istam et ad quintam que talis est : *Item super eo quod in vestris responsionibus est insertum quod eo casu, videlicet si regem ab arreptione dicti viagii contingeret impediri, expiret omnino pro futuro tempore potestas colligendi predictam decimam, que dyocesanis et eorum subcollectoribus est concessa, supplicat rex predictus quatenus potestas colligendi decimas et alia subsidia pro dicto viagio per Vestram Sanctitatem concessa seu etiam concedenda, non expiret in casu quo dictum passagium prorogaretur nec in casu quo certa spes esset quod dictus rex iter arriperet dicti viagii satis cito post lapsum dicti termini pro dicto passagio concordandi,* dominus papa respondit quod istis duabus supplicationibus et aliis quibusdam casibus, qui forsitan possent accidere, sufficienter provisum est, prout in dicta cedula inferius continetur.

Ad sextam que talis est : *Super eo vero quod in vestris responsionibus subsequitur, videlicet quod, si ante tempus sex annorum rex ipse rediret imperfecto negocio, vel alias ipsum post iter arreptum in prosequtione ejusdem contingeret impediri, residuum quod restaret de dicta decima pro tunc futuris terminis exigendum dispositioni Sedis Apostolice relinquatur in dicte Terre Sancte subsidium vel alibi, prout secundum Deum et fratrum vestrorum consilium videretur expediens et Sedi Apostolice ordinandum, supplicat rex predictus quatenus istius articuli conclusionem et ordinationem Vestre Sanctitati placeat omnino dimittere et ab eadem desistere, quia si regem dictum iter contingat arripere, licet, quod absit, imperfecto rediret negotio, quod non debet per aliquem opinari, tamen tot et tantis esset oppressus missionibus et expensis quod concessa seu concedenda modica pars essent ad onera tanti negocii supportanda.*

Ad quam dominus papa respondit : primo quod, si rex ex quo transfretasset, si postquam per annum illuc stetisset ex causa probabili, regem imperfecto negocio, quod absit, redire contingeret, durante tempore decime sexennalis, illud quod tunc de dicta decima colligendum restaret concederetur eidem.

Et postmodum rex iterum supplicavit quod domino pape placeret quod si, postquam rex ipse transfretasset, eumdem redire contingat, etiam negocio imperfecto, totum illud quod de decima sexennali colligendum restabit, rex habeat sine alia conditione quacumque. Super quo ultimo supplicato dominus papa respondit : Fiat, hoc adjecto quod, si infra dictum tempus ipsum redire contingat, provideat quod terra [f. 152[b]] acquisita possit retineri et conservari, vel si acquisita non esset, saltim illa que tunc teneretur ab occupatione infidelium valeat preservari, attenta tamen summa ejus quod de dictis decimis remaneret. Et cum dicti nuncii replicarent quod dicte due responsiones non bene concordabant, sed prima videbatur nimis gravis regi quam secunda, dominus papa respondit : Eligant quam voluerint ex premissis responsionibus.

Item circa illud supplicavit idem rex, postmodum in aliis supplicationibus subsecutis, videlicet quod, si post iter arreptum in prosecutione dicti negocii regem, quod absit, decedere contingat negocio imperfecto, durante dicto tempore decime sexennalis, illud quod de dicta decima colligendum restaret heredi seu successori suo Francorum regi cedat.

Ad quod postmodum dominus papa respondit sic : Respondetur quod placet quod cedat successori suo, ita tamen quod dictus successor dictum passagium prosequatur, sic quod illud residuum per ipsum vel alium vel alios ab eo deputandos, secundum quod status negocii tunc requiret, in utilitatem negocii Terre Sancte integraliter convertatur.

Et cum postea dicti nuncii supplicarent quod illud quod rex haberet, ipso rege perfecto vel imperfecto negocio redeunte, hoc habeat successor suus, ipso rege perfecto vel imperfecto negocio decedente, ut habeat hoc casu successor quod defunctus, si viveret, obtineret, dominus papa respondit quod placet quod illud quod rex ipse, si superstes esset, secundum modum et formam per nos in concessione subsidiorum appositos posset et deberet eidem regi remanere ; sub eisdem modo et forma habeat heres suus.

Item circa septimam supplicationem que talis est : *Item super eo quod Vestre Sanctitati placuit decimam sexennalem in partibus Christianitatis continuam guerram contra Sarracenos et alios infideles habentibus, sicut sunt regna Ispaniarum, imponendam non esse, supplicat rex predictus quatenus pro dicti passagii comodo Vestre Sanctitati placeat ex nunc in illis regnis et partibus decimam imponere sexennalem, prout ordinaverit Vestra Sanctitas colligendam. Et si reges et principes regnorum et partium predictorum veram et continuam guerram Sarracenis et infidelibus eorum vicinis sine treuga ac intermissione quacumque fecerint, a tempore quo dicti passagii fuerit iter arreptum, et ejus prosecutione durante, poterit Vestra Sanctitas ordinare* [f. 153[a]] *quod dictam habeant decimam vel partem ejusdem, prout eidem placuerit Sanctitati, pro tempore quo guerram facient antedictam. Si vero dictam guerram tunc effectualiter non facerent, decima predicta ad dicti passagii comodum assignetur.*

Ad quam idem dominus papa respondit quod imponetur generaliter decima juxta formam concilii Viennensis, exceptis hiis que in responsione sequentis articuli continentur.

Item ad octavam supplicationem que talis est : *Item quod in vestris responsionibus dicitur quod in partibus in quibus ad tempus est imposita decima, transacto tempore, pro tempore quod de sex annis restabit imponetur decima pro subsidio Terre Sancte, supplicat rex predictus quatenus in illis partibus velitis ex nunc imponere decimam integram sexennalem, post tempus tamen per quod jam est imposita colligendam et in utilitatem dicti viagii convertendam.*

Ad quam dominus papa respondit quod in regnis illis in quibus ad certos annos decima, ut premittitur, est concessa, pro annis restantibus dumtaxat de dictis sex annis imponetur juxta formam concilii Viennensis et colligetur demum finita prima concessione predicta, ita quod in nullo casu concurrat exactio duplicis decime, sed tantum una.

Item ad nonam supplicationem que talis est : *Item super eo quod a dicta prestatione decime vultis ordines eximere militares, supplicat rex predictus ordinari per Vestre providentiam Sanctitatis quod Sarracenis et infidelibus eorum vicinis in partibus cismarinis in locis in quibus magis utile fuerit dicti viagii prosecutione durante, guerram veram et continuam sine treuga et intermissione vel auxilium dicto viagio faciant, ceteri vero, sicut Hospitalarii, necnon, si qui sint similes, quos dictum passagium variis ex causis non modicum tangere dinoscitur, bonum et magnum auxilium dicto viagio faciant hominum armatorum et aliud juxta statum eorum et facultates bonorum suorum et quod ex nunc Vestre Sanctitati placeat ordinare quod et quale subsidium dicto passagio facere tenebuntur.*

Ad quam dominus papa respondit, quathenus tangit Hospitalarios, quod pro dicto passagio facient ultimum posse suum ; super quo posse, dante Deo, deliberare intendit et regis informationem seu sui consilii libenter audire. De aliis militaribus ordinibus respondit negando.

[f. 153[b]] Super decima supplicatione que talis est : *Item super eo quod a dicta prestatione decime vultis illos eximere qui, obtenta licentia debita, transfretabunt..., supplicat rex predictus per vestram prudentiam ordinari quod aliorum quam diocesanorum decima de primis*

tribus annis, vel saltem duobus, tam exemptorum quam non exemptorum, penes diocesanos, decima vero diocesanorum pro annis predictis penes ecclesiarum suarum cathedralium capitula deponantur, pro eisdem si viagium personaliter fecerint vel ad dicti viagii comodum, nisi illud fecerint, convertenda, cum plures inveniri possent, qui dicerent se dictum viagium peracturos, nec illud facerent, sed in alios usus expensa decima forsitan unde tunc illam persolverent, non haberent.

Dominus papa respondit quod fiet, prout petebatur de primo biennio, ita quod illi penes quos debebit deponi decima, illis a quibus recipietur promittant efficaciter quod ipsis transfretantibus reddent eam ipsique qui transfretare se asserent caveant ydonee collectoribus ; quod si ipsos remanere contingat, tertii anni decimam solvent cunctatione qualibet exclusa.

Super quo rex postmodum supplicavit quod persone ecclesiastice minores episcopis, que se transfretaturas asserent, solvant collectoribus decime decimam integram trium primorum annorum, quia satis relevari videntur ex eo quod secundum ordinationem Sedis Apostolice per tres annos poterunt sua beneficia ad firmam tradere pro dicti viagii necessitatibus supportandis.

Ad quam dominus papa respondit de consilio fratrum, quod hoc esset valde durum quod enim illi qui personas et bona volent exponere in subsidium Terre Sancte decimam non ab eis iter prosequentibus, sed ab aliis expendendam contribuere tenerentur. Nimis eis asperum et importabile posset esse et foret insuper multis viris ecclesiasticis, qui circa multa spiritualiter et temporaliter dicto negocio prodesse poterunt, occasio probabilis, dum se viderent omni duplici subjici, ab itinere retrahendi. Esset etiam contra morem circa Terre Sancte negocium hactenus de talibus observatum, sicque petitionis hujusmodi concessio gravamen et irrationabilem novitatem induceret. Et cum illi tantum ecclesiastici viri qui per suos superiores censebuntur utiles in passagio hujusmodi habeant proficisci, qui, sicut predicitur, ex hoc possent retrahi ; per consequens dicta concessio utilitati dicti negocii derogaret.

[f. 154ª] Super undecima supplicatione que talis est : *Item super eo quod Vestre placuit Sanctitati respondere de legatis [et] donatis inter vivos seu in ultima voluntate, necnon de penis inflictis et condempnationibus factis in subsidium passagii generalis vel Terre Sancte succursum colligi faciendis tam in regno Francie quam alibi per collectores certos super hiis ordinandos in dicti passagii seu Terre Sancte subsidium per Sedem Apostolicam, prout expedire videritis, convertendis... supplicat rex predictus quatenus ea que inde debentur in regno Francie Vestre Sanctitati pro dicto viagio placeat concedere dicto regi, colligenda, levanda, conservanda et expendenda in dicti viagii seu Terre Sancte comodum, sicut supra de decimis extitit supplicatum, nisi forsan in legatis, donatis, penis et condempnationibus predictis specialiter esset provisum, quod certe persone dictum viagium facerent, que tamen ad hoc essent habiles et ydonee, et in dicto passagio viagium facerent juxta legatorum, donatorum, penarum et condempnationum tenorem.*

Dominus papa respondit quod sub modis et provisionibus in articulo decimarum positis fiet de legatis et donatis tam inter vivos quam in ultima voluntate, ac penis seu penitentiis inflictis vel injunctis pro passagio generali vel in Terre Sancte subsidium seu succursum, que tamen non fuerint concessa per Sedem Apostolicam pro certis neccessitatibus aliis vel per Sedem eamdem pro variis neccessitatibus que eidem periculose nimium occurrerunt, predictis temporibus, sunt expensa, et illis de quibus per legantes vel donantes ordinatum extitit quod certis personis debent legata seu donata hujusmodi assignari, quodque super expensis factis per Sedem Apostolicam de legatis aut donatis predictis scribitur dicto domino pape ; et quod incipiet exactio predictorum per annum ante probabilem itineris arreptionem.

Super quo rursus dictus rex supplicavit quatenus predictam primam exceptionem, videlicet de predictis donatis et legatis in regno Francie per Sedem Apostolicam concessis vel per eamdem, ut predicitur, expensis, et dependentia ex eadem exceptione, placeret totaliter amovere et taliter ordinare quod ex nunc omnia et singula donata, legata, relicta et alia predicta, licet, ut premittitur, per Sedem eamdem in usus alios concessa fuerint vel expensa, incipiant ex nunc levari in usus ad quos deputata fuerint juxta legantium, do-

nantium seu alias ordinantium voluntates integre convertenda et quod poterit dicta pecunia [f. 154*b*] concessa seu expensa per Sedem eamdem reponi seu restitui successive, antequam rex iter arripiat pro dicto passagio faciendo.

Super qua supplicatione regia dominus papa respondit ut sequitur : De consilio fratrum suorum omnium respondet quod mirandum videtur quomodo regi potuit per quemcumque decenter et rationabiliter suaderi supplicare premissa. Si enim que jura dicunt super hoc attendissent et exempla innumera, tam novissima quam antiqua, etiam regem ipsum ex sua et predecessorum suorum persona tangentia, considerassent, hoc eidem regi nullatenus suasissent. Quis enim dubitat quin Summus Pontifex disposita quantumcumque ad quoslibet usus pios possit ex causa justa, presertim necessitate aliqua suadente, ad usus alios convertere ? Nonne legerunt quid fecerit ille sacerdos, quanto dedit David panes propositionis, de quibus non licebat edere nisi sacerdotibus, et comedit ipse et pueri ejus ? Numquid etiam Apostoli illa que seminaverant alii ad usus suos suis usibus applicarunt ? Et oblata Deo, numquid sepe in lege ad usus alios quam concessa fuerant convertuntur ? Sed et numquid jura civilia permittunt principi seculari et jura canonica Summo Pontifici quod ea que per testantes sint certis usibus applicata, possint usibus aliis applicare ? Cur igitur non licuit vel liceret Summo Pontifici, dum aliqua necessitas im[m]inet rei publice, alicui usui dedicata in alterum usum convertere ? maxime quando tale negocium im[m]inet, quod non minus tangit rem publicam quam id ad quod fuerat ordinatum, quod autem negocium potest magis statum totius Ecclesie concernere quam illud quod deffensionem catholice fidei et ecclesiastice unitatis et statum universalis Ecclesie directe concernit. Et quidem talia, sicut Domino pati placuit diversis heresibus et scismatibus insurgentibus nimium periculosa et in subversionem, quantum in eis fuit fidei et stabilitatis Ecclesie, ipsius domini pape temporibus acciderunt, que pro illo tempore majoris erant periculi, quantum ad statum fidei, et remedio egebant secundum sua tempora promptiori quam usus quilibet alius, qui tunc seu etiam nunc occurrat, quod igitur ea que legitima auctoritate, necessitate nedum suadente, sed etiam exigente, in usus tam necessarios licite fuerint conversa, revocari petantur, mirum videtur. Porro si ad exempla recurritur, attendatur quot et quante decime bonorum ecclesiasticorum, que sunt Deo pro ministris Ecclesie reservate, reperientur regibus et principibus in usus alios convertende a Summis Pontificibus [f. 155*a*] esse concesse. Sed et ut specialius in proposito concludatur, numquid donata et legata subsidio Terre Sancte reperientur pluribus regibus ad usus alios ipsis pro suis regnis necessarios data fuisse, sicut in rege Castelle de decima pro subsidio Terre Sancte collecta reperimus a nostris predecessoribus esse factum et idem regibus Francie predecessoribus ejusdem regis, de eadem sexennali decima, dicti regni collecta pro succursu dicte Terre, novimus tam predecessorum nostrorum quam nostris etiam temporibus contigisse. Necnon ut per omnia idem dominus papa loquatur in terminis, legata relicta pro subsidio Terre Sancte constat, pro succursu regni Francie, inclite memorie regi Philippo, regis ejusdem patruo, concessa fuisse et in usus alios auctoritate apostolica fore conversa, prout hoc temporibus domini Bonifacii factum fuit. Consideretur ergo quam oportuna sit hujusmodi petitio per quam talia revocari petuntur, et per quam etiam pars illa responsionis domini pape petitur revocari, in qua dicitur quod super expensis factis per Sedem Apostolicam de legatis aut donatis stari debeat dicto pape et cum in alia supplicatione petatur inferius, nedum quod rex ipse et heredes sui, seu etiam quod prelati non teneantur, de hiis que tradent, recipient vel disponent alicui reddere rationem, quod autem ipsis credatur et a ratione reddenda petantur eximi et Summo Pontifici de hiis que pro neccessitate deffensionis fidei et Ecclesie expendit non debeat credi, sed petatur illa pars de responsione tolli conveniens non videtur. Firmiter igitur supponitur quod si rex ipse, quem idem dominus papa non presumit de se talia cogitasse, hec et similia diligenter attendat, se libenter et benigniter et laudabili more suo ab hujusmodi petitione continebit et continere debebit.

In quantum autem tangit partem aliam supplicationis ejusdem, que continet quod legata et donata ex nunc incipiant exigi et levari, dominus papa respondit quod placet sibi quod, postquam prefatus rex crucem assumpserit, facta predicatione generali que fiet in ipsa crucis assumptione super generali passagio, tunc per eumdem assumendo, ex tunc per deputandos a Sede Apostolica juxta formam super hoc datam incipiat exactio predictorum. Tamen vult idem dominus papa quod ipsorum consumptio differatur usque per annum,

antequam negotium passagii sit taliter dispositum tantumque sit in eo processum, presertim circa preparationem eorum que ad generale passagium requiruntur, quod probabiliter a sapientibus et prudentibus opinetur [f. 155b] quod in sequentis anni principio possit iter, cessantibus impedimentis legitimis supervenientibus, probabiliter inchoari, nisi forsan interim necessitas occurreret pro faciendis preparatoriis supradictis que non posset ex decimali subsidio vel aliis relevari. Que vero in colligenda, conservanda et distribuenda decima sexennali, et circa cessationem collectionis ejusdem idem dominus papa disposuit ; hec eadem vult circa ipsa legata et alia subsidia per eum concedenda servari.

Super qua quidem dicti domini pape responsione fuit ex parte regia recitatum sub brevibus, quomodo dominus papa predictus responderat quod pluribus ex causis dicta supplicatio fieri non debuit nec concedi, persuadendo regi quod ab hujusmodi supplicatione sibi continere placeret. Et postmodum domino pape fuit expositum quod dicta supplicatio regi totique suo consilio justa et equa visa est ; propter quod dicti nuncii supplicarunt quatenus placeret eidem de tali remedio per viam petitam vel aliam accomodam providere, quod indempnitati passagii generalis Terreque Sancte subsidii seu succursus aliqualiter succurratur, quodque rex ipse ceterique Christi fideles, quos tam pium tamque favorabile tangit negocium, non habeant exinde materiam obloquendi, sed efficacius, sicut opus est, invitentur ad erogandum et exponendum de suo largiter pro negocio memorato, ne etiam a domini pape responsione occasionem assumant, per quam ab erogatione predicta prosecutioneque dicti passagii retrahantur. Nec intentionis regie credunt esse dicti nuncii quod ea que de legatis et donatis predictis per dominum papam in usus alios concessa seu expensa dicuntur, statim incipiant neccessario restitui seu reponi. Sed poterit sua Sanctitas paulatim et successive, oportunitate sua et temporis ingruente, ante arreptionem dicti passagii, per viam petitam vel aliam, ut predicitur, accomodam, indempnitati succurrere memorate. Quibus non obstantibus dominus noster papa stetit in responsione predicta tanquam vera et justa, cum etiam, si quod petitur fieret, multa inconvenientia et pro presenti et pro futuro tempore sequi possent.

Super alia vero parte responsionis domini pape predicti, in qua Sanctitas Sua responderat quod post generalem predicationem que fiet in ipsa crucis assumptione, super generali passagio per regem assumendo, ex tunc per deputandos a Sede Apostolica juxta formam super hoc datam incipiet exactio predictorum. Vult tamen eadem Sanctitas quod ipsorum consumptio differatur usque per annum etc..., ut supra, cum omnia et singula tangentia consumptionem [f. 156a], posita in dicta responsione sua, aliqualem cause cognitionem requirant et propterea possent preparationes sancti passagii multipliciter impediri.

Supplicarunt dicti nuncii quod dicta verba in cause cognitione posita amoveantur omnino et simpliciter expendantur legata et cetera pro passagii preparationibus, sicut de decimis extitit prolocutum. Super quo dominus papa respondit negative ex eo quia nec aliter expedit negocio memorato.

Et cum dicti nuncii dicerent quod, quia in responsione domini pape ponuntur aliqua que cause cognitionem aliqualem requirunt, ut prope finem dicte responsionis cum dicitur ibi, tamen vult idem dominus papa quod ipsorum consumptio differatur usque per annum antequam negocium passagii sit taliter dispositum, tantumque sit in eo processum, etc... ; et ideo supplicarent quod duo prelati a Sede Apostolica deputandi de hoc se informent et declarent, sicut de impedimentis se informare declarare habebunt.

Dominus papa respondit quod placet ut dicti prelati se possint informare et declarare quando probabiliter poterit opinari quod iter dicti passagii intra annum, impedimentis legitimis cessantibus, poterit probabiliter inchoari, ita tamen quod, ubi declarabunt locum esse consumptioni, sollicite provideant quod in nullum usum alium preterquam in dicti passagii comodum quomodolibet convertantur ; super quibus ipsorum prelatorum conscientiam onerabat.

Item super XIIa supplicatione regia dictarum secundarum que talis est : *Et eodem modo supplicat dictus rex quatenus Vestre Sanctitati placeat sibi concedere quicquid in regno predicto, ex quacumque causa alia, dicto passagio aut pro eo subsidio vel succursu Terre Sancte vel pro eis debitum est, colligendum, conservandum et convertendum in utilitatem dicti viagii, prout de dictis donatis, legatis, penis, condempnationibus et decimis est petitum,* dominus papa respondit sic : quod nullus casus occurrit sibi seu fratribus suis, qui circa legata vel donata,

vel alias debita possit Terram Sanctam contingere, qui in responsione, quam ad illam petitionem fecit, non videatur esse concessus. Et ideo fructum vel effectum circa concessionem petitionis hujusmodi nullum videt. Et si casus aliquis occurrat eis, sicut alias respondit, explicent sibi illum et, habita deliberatione cum fratribus, quicquid bono modo fieri poterit, ipse dominus papa faciet ; et adhuc vult quod, si collectoribus deputandis processu temporis occurrant casus aliqui, qui sub verbis in ipsius concessione contentis non videantur forsitan comprehensi [f. 156b], quod significent hec Sedi Apostolice, et ordinabitur circa illos quod ad honorem Dei et utilitatem negocii videbitur expedire.

Super qua responsione dicti nuncii proposuerunt quod dicta supplicatio est, sicut alias extitit, merito concedenda. Nec dubitandum quod aliqui ex eadem vexentur indebite ; poterit enim de bonis executoribus providere. Quare supplicarunt iterato quod domino pape placeret dictam supplicationem concedere generaliter, uti jacet. Nam si pro casibus aliis, cum occurrerent, suam adire presentiam oporteret, negocium passagii magnam exinde sustineret jacturam. Non enim sit mentio in responsione sua, nisi de legatis et donatis inter vivos vel in ultima voluntate, penis, condempnationibus seu penitentiis inflictis seu injunctis, in quibus non continentur ea que ex voto, stipulatione, pacto vel alias sunt promissa vel aditione seu immixtione hereditatis, aut ex occupatione seu detentione bonorum ad dictum passagium Terre Sancte subsidium seu succursum pertinentium, vel eorum consumptione aut alia ordinatione juris vel hominis sunt debita et possent alii casus multiplices reperiri qui sub expressim concessis casibus non essent inclusi. Finaliter dominus noster voluit quod addantur dicte responsioni sue hec que ex voto, stipulatione, pacto vel promisso debebuntur pro subsidio Terre Sancte, ceteris in supplicatione contentis denegatis.

Et cum nuncii offerent bullas predecessorum summorum pontificum, unam in qua conceduntur legata, donata et quomodolibet deputata, item alias continentes quod quecumque obventiones, undecumque et quomodocumque obvenientes, conceduntur, dominus papa respondit quod hec pluries, etiam in consistorio, de consensu fratrum, negata sint in quantum generalitatem hujusmodi tangit, et ideo stabat in responsionibus factis alias super istis.

Item cum offerrent bullas continentes quod illi compellantur, qui legata habere et detinere noscuntur, dominus papa respondit quod placet, quod compellantur habentes ac detinentes species, corpora vel quantitates legata salvis exceptionibus et modificationibus per ipsum appositis circa concessionem hujusmodi legatorum, videlicet de hiis que ad necessitates et usus alios sint concessa vel de quibus essent per testatorem ordinatum quod personis aliis deberent assignari, prout superius plenius est distinctum.

Item ad XIIIam supplicationem que talis est : *Et cum, Sanctissime Pater, retinuerit Vestra Sanctitas ordinare de tempore a quo donata, legata, pene, condempnationes* [f. 157a] *hujusmodi levabuntur, supplicat rex predictus quatenus Eidem Sanctitati placeat ordinare quod predicta necnon certa omnia et singula dicto regi pro dicto viagio per Eamdem Sanctitatem concedenda ab annis XL dumtaxat leventur et citra, nisi de anteriori tempore quod essent debita fieret prompta fides,* dominus papa respondit quod placet sibi quod, sicut petitur, certum tempus apponatur, et faciet in registris videri quod esse debeat tempus illud. Et eo casu quo dicitur fieri prompta fides, si reus allegaret solutionem, quam tamen probare non possit, si sit homo bone fame, super solutione ab eodem reo facta, ejus stari debeat juramento ; alias solvere compellatur. Si autem predecessorum suorum vel aliarum personarum solutionem alleget, cum de suiipsius facto magis quam predecessorum suorum seu aliorum notitiam possit habere solutionem teneatur probare. Demum reperto quod sunt XXXVI anni vel circiter, quod dominus papa Bonifatius VIII concessit medietatem legatorum predictorum regi sub certa forma, dominus papa specificavit tempus predictum a predictis triginta sex annis citra.

Ad XIVam supplicationem que talis est : *Item supplicat rex predictus quod eodem modo fiat de donatis, legatis, penis et condempnationibus, et aliis dicto passagio seu Terre Sancte subsidio vel pro eis factis seu faciendis aut debendis in regno Francie sex annis durantibus antedictis...,* dominus papa respondit quod de illis ordinabitur, sicut de aliis predictis jam factis fuerit ordinatum.

Item ad XVam supplicationem[1] que talis est : *Quantum autem ad secundum articulum, in quo petuntur in regno Francie annalia sex annorum, super quo respondit Vestra Sanctitas*

1. *In margine scribitur* : De fructibus vacantium in regno Francie.

quod nunquam in tali casu nec cum decima nec sine decima fuerunt concessa, unde non miraretur rex si ad presens ei non concedebantur, supplicat rex predictus per Vestram Sanctitatem ad dicti viagii commodum ea sibi concedi, levanda, conservanda et convertenda in utilitatem ipsius viagii, prout de decimis superius existit supplicatum, maxime quia, licet alias in tali casu non fuissent concessa, tamen a predecessoribus vestris ac a Sanctitate Vestra fuerint hactenus concessa Francie regibus pro minus favorabilibus causis quam ista sit, que tangit statum, honorem et comodum rei publice totiusque christianitatis, et notorium est quibuscumque quod expense dicti viagii de multo necessario superabunt et excedent ea que in aliis passagiis fuerint expensa, dominus papa respondit finaliter sic : De annalibus quoque [f. 157*b*] similiter fiet, videlicet quod concessio de ipsis fienda tunc demum incipiat et non ante, cum negocium passagii sit dispositum in eoque adeo processum fuerit, quod probabiliter a prudentibus et sapientibus supponatur quod in sequentis anni principio iter dicti passagii possit et debeat inchoari et prosequi, cessantibus probabilibus impendimentis, super quo judicium Sedi Apostolice reservatur, exceptis tamen exilibus beneficiis, prout in concessionibus talibus est fieri consuetum.

Item intelligit dominus papa quod rectoribus ac personis ecclesiarum seu beneficiorum ipsorum juxta constitutionem suam *Suscepti regiminis*[1] debeat portio reservari, et duret tantum dicta gratia per annos, qui de sex annis restabunt et non ultra. Et super predictis, ut in supra proximo articulo, Sedi Apostolice judicium reservatur. Et cum adhuc dicti nuncii supplicarent ut dicti duo prelati se informarent et declararent de hiis que in responsione domini pape ad illam supplicationem proposita sunt, que aliqualem cause cognitionem requirunt, super quibus idem dominus papa judicium Ecclesie reservavit, dominus papa negavit cum super hoc de facili possit ad Sedem Apostolicam haberi recursus.

Item, cum supplicarent quod Eidem placeret Sanctitati concedere collectionem, licet consumptio differatur, sicut supra in articulo de legatis est dictum, dominus respondit quod videtur sibi sufficere responsio supradicta, precipue cum non reperiat per aliquem ex suis predecessoribus hoc fuisse concessum.

Item super XVI^a^ supplicatione que tangit quartum articulum principalem, in qua dictus rex supplicavit quatenus dominus papa illis qui crucem pro dicto passagio predicabunt ac devote predicationem eamdem audientibus, hiis etiam qui pro dicto viagio preparando, faciendo seu complendo fideliter laborabunt, certas indulgentias concedere dignaretur, dominus papa respondit sibi placere quod predicantes crucem unum annum et quadraginta dies de indulgentia consequantur, audientes autem id quod continetur in litteris patriarche[2], videlicet centum dies.

Item de laborantibus sic respondit dominus papa, quod plures et diverse sunt species laborandi circa negocium Terre Sancte, et per consequens non potest circa laborantes, presertim laboribus ad invicem longe distantibus, convenienter certam et uniformem indulgentiam impertiri, sed secundum formam concilii generalis concedet quod laborantes hujusmodi juxta devotionis affectum, et qualitatem et mensuram laboris fiant participes indulgentie transfretantibus concedende.

Item ad id quod in dicto articulo quarto [f. 158*a*] principali petebatur quod omnes illi qui predicabunt verbum Domini, et in sermonibus suis, et omnes illi qui scribent, dictabunt vel consulent testamenta vel ultimas voluntates teneantur per preceptum obedientie admonere sanos et infirmos de dando secundum facultates suas ad auxilium Terre Sancte, dominus papa respondit quod prefatis predicatoribus etiam per litteras apostolicas injunget quod suos auditores debeant efficaciter exhortari quod juxta facultates suas Terre Sancte negocio debeant subvenire ; et idem fiet de consiliariis testatorum.

Item super XVII^a^ supplicatione que tangebat quintum articulum principalem, in quo quidem petebatur quod executores per Sedem Apostolicam debeant deputari ad inquirendum cum tabellionibus et cum omnibus aliis qui veritatem scient de rebus celatis, ocultis et aliis pertinentibus ad Terram Sanctam per juramentum, per excommunicationem et privationem officii, quantum ad tabelliones, et quod dicti executores requirant res predictas per brachium seculare, si sit opus, ad finem quod vertantur et convertantur ad utilitatem

1. *Corpus juris canonici*, Extravagantes Joannis XXII, tit. I, cap. II.
2. Il s'agit ici de Gilles, archevêque de Tyr, auquel Clément IV donna le pouvoir de prêcher la croisade en France et dans les villes et diocèses de Cambrai, Toul, Liège, Metz et Verdun ; voir Reg. Av. 44, f. 169*a*.

istius sancti viagii, dominus papa respondit primo quod per litteras apostolicas injungetur diocesanis quod ipsi vel per juramentum vel per excommunicationis sententiam, prout magis videritur expedire, tabelliones compellant ut ipsi de clausulis testamentorum ab ipsis scriptoribus vel ab aliis, scilicet prothocollorum suorum, ipsis canonice extractis pertinentibus ad dicte Terre Sancte negocium, ipsis in formam publicam copiam faciant, quas diocesani assignare debebunt illi vel illis, quem vel quos Sedes Apostolica ad hoc duxerit deputandos, et quod idem fiet de heredibus testatorum.

Super qua responsione rex supplicavit domino pape quod dicte responsioni sue vellet addere quod testes et omnes illi qui de contentis in articulo scient aliquid per processus generales et speciales, si opus fuerit, compellantur ad dicendum et revelandum veritatem, licet non peteretur nec exigeretur ab eis, et quod diocesani tam in exemptis auctoritate apostolica quam in non exemptis sua ordinaria potestate veritatem requirant et eam revelent collectoribus super hoc deputandis.

Dominus papa respondit ut sequitur : quod fiant que continet responsio prima et ultra illa addetur ut per deputandos fiat monitio generalis, ut quicumque sciet aliqua donata vel relicta seu quovis modo alio debita in subsidium Terre Sancte vel passagii generalis, quoad alia que sunt expresse concedenda, ut superius continetur, illud infra certum terminum ipsis debeat revelari, et lapso [f. 158^b] dicto termino procedere ad promulgandas excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententias, si et prout viderint expedire. Et cum dicti nuncii peterent quod verba responsionis domini pape, videlicet quoad alia que superius sunt expresse concedenda, amoveantur, cum, ut dicunt, hec non concedantur, sed ad sciendum fiant, dominus papa respondit quod, quanquam non est intentionis sue quod ad sciendum alia que non sint in subsidium Terre Sancte vel passagii concedenda potestas concedendi per eum alicui se extendat.

Item super XVIII^a supplicatione que de decretali *Ad liberandam*[1] in parte decisa loquitur et tangit sextum articulum principalem, super quo dominus papa primo responderat sic : Ad sextum capitulum, in quo petitur quod omnes gratie, contente in decretali *Ad liberandam* in parte decisa, pro isto sancto viagio concedantur, respondetur quod, cum justo judicio celestis imperatoris obsequiis inherentes digni sint speciali prerogativa gaudere, transfretantibus concedetur quod a tempore arrepti itineris usque ad eorum reditum vel obitum a collectis extraordinariis, nullo jure scripto vel non scripto debitis, sint immunes, quorum personas et bona post crucem assumptam sub beati Petri et sua idem dominus papa protectione suscipiet et statuet ut sub eorum et archiepiscoporum et omnium prelatorum Ecclesie sancte Dei deffensione consistant, propriis ad hoc protectoribus nichilominus specialiter deputandis, ita ut, donec de ipsorum obitu vel reditu certissime cognoscatur, integri ab omni violentia et injuria maneant et quieti. Et si quis contra presumpserit censura ecclesiastica compescetur. Si qui vero proficiscentium illuc ad prestandas usuras juramento tenerentur astricti, creditores eorum ut remittant eis hujusmodi juramentum et ab usurarum exactione desistant, precipiet eadem districtione compelli ; quod si post absolutionem predictam creditor ipsos ad solutionem coegerit usurarum, eum ad restitutionem earum simili cogi animadversione mandabit. Judeos vero ad remittendas usuras per seculares compelli precipiet potestates ; et, donec illas remiserint, ab universis Christi fidelibus, per excommunicationis sententiam eis omnino communio denegetur. Ceterum, quia cursarii et pirate nimis impediunt subsidium Terre Sancte, capiendo ac spoliando transeuntes ad illam et redeuntes ab illa [f. 159^a], ipsos et principales adjutores et fautores eorum excommunicationis vinculo curabit denuo innodare, sub intimatione anathematis inhibendo ne quis scienter cum eis communicet in aliquo venditionis vel emptionis contractu ac injungendo rectoribus civitatum et locorum suorum ut eos ab hac iniquitate revocent et compescant ; alioquin in personas et terras eorum per ecclesiarum prelatos vult severitatem ecclesiasticam exerceri. Quia vero ad hoc negotium exercendum est permaxime necessarium ut principes et populi christiani ad invicem astringantur vinculo caritatis et pacis, idem dominus papa injunget ecclesiarum prelatis ut discordantes ad veram pacem reducere studeant, aut ad firmam treugam inviolabiliter observandam, et qui acquiescere forte concesserint per excommunicationis in personas et per interdicti sententias in terras artissime compellantur nisi

1. *Corpus juris canonici*, Decretales Gregorii IX, lib: V, tit. VI, cap. 17.

forte tanta fuerit malitia inimicorum quod ipsi non debeant tali pace gaudere. Quod si forte censuram ecclesiasticam vilipenderint, poterunt non immerito formidare ne per auctoritatem ecclesiasticam contra eos tanquam perturbatores negocii crucifixi secularis potentia inducatur. Et nichilominus de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisus et ex illa quam eidem domino pape ligandi atque solvendi omnipotens Deus potestate concessit omnibus qui laborem istum in propriis personis subierint et expensis plenam suorum peccaminum, de quibus veraciter fuerint corde contriti et ore confessi, idem dominus papa indulgebit veniam in retributionem justorum salutis eterne pollicendo augmentum. Eis autem qui non in personis propriis illuc accesserint, sed in suis dumtaxat expensis juxta facultatem et qualitatem suam viros ydoneos destinaverint et illis similiter qui licet in aliis expensis in propriis tamen personis accesserint, plenam suorum concedet veniam peccatorum ; hujus quoque remissionis volet et concedet esse participes juxta quantitatem subsidii et devotionis affectum omnes qui subventioni ipsius terre de bonis suis congrue ministrabunt ac circa predicta consilium et auxilium impenderint oportunum.

Super qua responsione dominus rex domino pape supplicavit quatenus Sue Sanctitati placeret in dicto regno de dictis gratiis illas concedere que secuntur dumtaxat [f. 159^b] : Et primo quod de cursariis et piratis domini pape responsio placet regi.

Item super eo quod de pace et treuga loquitur, placet regi quod de pace inter christianos interponenda vel saltem adeo longa treuga, que pro dicto passagio sufficiat, laboraret dominus papa.

Et rex ipse ex nunc hoc in regno Francie faciet et in locis vicinis pro posse. Quantum autem ad alios Christianitatis reges et ceteros guerras et dissentiones habentes, rex obtulit se paratum et promptum de gentibus suis cum domini pape gentibus mittere vel etiam sine suis, prout duceret ordinandum. Ad ista plenius in sequentibus respondetur.

Item super XIX^a supplicatione que incipit : *Item super articulo de indulgentiis corde contritis et ore confessis per Vestram Sanctitatem concessis seu etiam concedendis, Eidem placeat Sanctitati de penitentiis non factis seu male factis addere, quodque per confessionem generalem peccatorum oblitorum de quibus in speciali, si recordarentur, confiterentur libenter, indulgentiam plenam obtineant confitentes.*

Super qua quidem decretali *Ad liberandam* et super supplicatione regia, in qua supplicabatur quod domino pape placeret, in dicto regno, de dictis gratiis in dicta decretali contentis, illas concedere que fuerint pro parte regia, ut supra dicitur expresse dumtaxat.

Et post supplicationem aliam regiam super hoc oblatam in qua supplicabatur per regem quod cum dicte decretalis *Ad liberandam* tenor in parte decisa et domini pape responsio predicta contineant plures articulos, de quibus posset in regno Francie scandalum suboriri, nuncii non possent illos, prout jacent, recipere, nisi quathenus in secundis supplicationibus regiis, ut premissum est, continetur.

Super quibus dominus papa respondit quod illa forma tam in predicto generali concilio quam in aliis ordinationibus concilii generalis est hactenus a suis predecessoribus observata et dicti passagii favorem tangens non mediocrem et ab aliis qui sunt transfretaturi plurimum appetitur ; quam si non concedet, a dilectione, affectione et favore dicti negocii [1] [f. 160^a] declinare plurimum videretur. Quare sibi et negocio non expedit quod a forma dicti generalis concilii recedatur, sed ex officio suo, non ad ipsius regis vel nunciorum suorum requisitionem, mandabit ipsam more solito publicari.

Super articulo vero de indulgentiis corde contritis, etc..., ut supra exprimitur, dominus papa, prout petebatur, concessit, hoc addito quod, ubi de peccatis oblitis dicitur, addetur quod si post ad eorum notitiam pervenerit, illa teneantur confiteri et injungendam sibi penitentiam adimplere.

Item ad XX^{am} supplicationem super VII° articulo principali qui talis est : *Item concedere omnia legata que non sunt distincta, jam facta et fienda per tempus dictorum sex annorum in cunctis mundi partibus ad convertendum in utilitatem viagii memorati,* dominus papa respondit quod concedentur indistincta seu incerta legata in regno Francie juxta formam et modum legatorum in subsidium Terre Sancte relictorum, dummodo non sit talis indistinctio seu incertitudo que viciet legatum. Item si sit talis incertitudo que non viciet, si non possit reduci ad certitudinem ex post facto ex dispositione ordinantis vel legis.

1. *Finito folio scribitur* : Facta collatio. Facta collatio per magistrum Sycardum et me G[eraldum] de Albussaco cum quaterno simili quem secum portaverunt nuncii regii. Ger[aldus].

Item si sit indistinctio seu incertitudo ex parte personarum tantum ex parte autem cause, ad quam vel ob quam legatur vel relinquitur, sit certum utpote si legetur pro puellis maritandis, vel pro missis celebrandis vel capellis construendis, vel capellaniis constituendis vel aliis similibus.

Si autem sit indistinctio vel incertitudo, tam ex parte personarum legatariorum quam ex parte cause ad quam vel ob quam legatur, quia precipit eis pro anima sua centum dari vel ad pias causas vel modo alio simili, talia concedentur, licet alias hoc casu per ipsum concedendo posset forsan per ordinarium, juris auctoritate, vel executorem ultime voluntatis defuncti, de incertis seu indistinctis hujusmodi ordinari.

Hoc autem intelligit dominus papa si, antequam gratia hujusmodi ad notitiam illorum, ad quos pertinebat dictorum relictorum distributio, pervenerit vel potuerit pervenire, ipsi predicta non distribuerint juxta ordinationem defuncti. Intelliget autem quod hec gratia ad eos potuerit pervenire, post mensem a tempore publicationis in civitatibus faciende concessionis hujusmodi numerandum, nisi justa causa a scientia hujusmodi excusaret. Hoc enim casu, cum minori prejudicio tertii potest fieri predicta concessio quam in aliis premissis casibus, in quibus persone multe prorsus ordinationis comodo in earum magnum periculum et prejudicium privarentur. Item intelligit quod, si de talibus legatis concedendis pro dicto passagio pars aliqua ad certam personam obvenire deberet ex ordinatione disponentis [f. 160*b*] vel legis quod illud in concessione non veniat, sed illi persone debeat assignari, vel penes eam illa portio integraliter remanere. Hoc tamen declarat quod legata incerta que intendit concedere, ut in dicta responsione est insertum, intelligit concedere, nisi reperirentur concessa certe persone vel certis personis, vel ad usum alium per illum ad quem de jure pertinet conmutata.

Ad VIII^um^ articulum qui talis est : *Item concedere redemptiones votorum crucesignatorum et omnium aliorum votorum, et commutationis et permutationis ipsorum*, dominus papa respondit quod fiet ad instar Clementis pape IV, hoc adjecto quod post illa verba redemptiones votorum crucesignatorum, videlicet illorum quorum est secundum canones redemptio admittenda, et fiet secundum canonum formam. Et illud quod ex tali redemptione proveniet deputabitur ad utilitatem dicti passagii, juxta formam aliorum subsidiorum. Quoad alia vota respondetur ut respondetur bullis predecessorum suorum.

Ad IX^um^ articulum qui talis est : *Item redemptionem juramentorum*[1] *et absolutionum, disdispensationum omnium obligationum et vinculorum tangentium conscientiam sine prejudicio alicujus et salvo jure cujuslibet pertinentium ad Sedem Apostolicam, et quod velitis committere dispensationes et absolutiones ordinariis cujuslibet diocesis, et emolumentum quod ordinarius inde receperit teneatur mittere Parisius abbatibus sancti Dionisii et Sancti Germani de Pratis et magno priori Hospitalis in Francia, quos placeat vobis deputare ad dictam receptam faciendam ; qui deputati teneantur mittere et liberare illud quod receperint ad mandatum regis pro convertendo in utilitatem dicti viagii, et hoc quod inde dependet, et non in alium usum.*

Ad decimum articulum qui talis est : *Item placeat vobis in qualibet provincia deputare certam personam, pro dispensando cum exemptis super casibus contentis in duobus articulis supra proximo scriptis et per talem modum sicut inibi continetur.*

[folio 161*a*] Ad XI^um^ qui talis est : *Item quod illi qui deputati erunt per vos in provinciis dispensare possint cum archiepiscopis, et archiepiscopi cum eorum suffraganeis et suffraganei*, sicut supra dictum est.

Item super dicto VIII° articulo principali, in quo de votis crucesignatorum et eorum redemptione fit mentio, supplicavit rex domino pape quod in sua responsione de redemptione votorum vellet ponere de illis qui de eorum voluntate votum rediment sine coactione quacumque, dominus papa respondit sibi placere quod voventes non compellantur redimere vota sua, dum tamen ea voluerint adimplere. Ubi autem nollent vel non possent vota complere, nisi secundum formam juris et prout est fieri consuetum, compellerentur, esset evidenter in ipsius Terre Sancte prefatique passagii et animarum ipsorum voventium detrimentum. Nec per hoc concedere intendit quod indistincte quorumcumque voventium votum redimere volentium redemptio admittatur hujusmodi, sed in casibus a jure concessis dumtaxat.

1. *In margine folii* 160*b scribitur* : Ad illud quod loquitur de redemptione juramentorum, etc., responsum est, ubi responsum est bullis super istis predictis et duobus articulis sequentibus qui dependent ex istis.

Item ad XII^um^ articulum respondit dominus papa ut sequitur : Ad XII^um^ articulum, in quo agitur de danda licentia, ex nunc, omnibus personis ecclesiasticis, archiepiscopis et abbatibus exemptis, et omnibus aliis Ecclesie Romane immediate subjectis crucem sumere et redimere vel ire cum rege, et similiter ex nunc dare licentiam omnibus episcopis subjectis mediate vel immediate Ecclesie Romane, sicut in aliis passagiis tales persone bene consueverunt ire, vel illuc mittere vel crucem redimere, et concedere ac committere cuilibet ordinario potestatem dispensandi cum suis subditis ex devotione motis et ad viagium ydoneis, sua auctoritate ordinaria, et in casibus ubi auctoritate indigerent apostolica, ex nunc eis concedatur, respondetur quod nec regi, nec regno nec Ecclesie hoc credit expedire. Cum enim non minor sit virtus quam querere parta tueri, et magnum periculum posset ex omnium prelatorum regni absentia fidei imminere, non videtur eidem domino pape quod sit prelatis, scilicet archiepiscopis, et episcopis et abbatibus, sic vaga licentia concedenda, sed illam sibi reservat expresse ; quam datam non vult intelligi, licet crucis predicationem [f. 161^b^] et impositionem alicui vel aliquibus generaliter committat. Paratus tamen erit illis quorum transitus negocio Terre Sancte videbitur accomodus et Ecclesie nequaquam nimis gravis licentiam impartiri. De aliis autem personis ecclesiasticis placebit sibi quod illi, ad quos pertinet talem licentiam impartiri, illam possint exemptis auctoritate apostolica, non exemptis autem auctoritate apostolica vel sua concedere illis de quibus viderint expedire. Que quidem responsio placet regi.

Super quo quidem XII° articulo fuit a rege postea supplicatum quatenus, antequam prelatis licentia hujusmodi concedatur, domino pape placeret quod rex, cum certificet de sua intentione an expediat eis dare vel non, quia audita certificatione predicta melius poterit discernere an danda fuerit vel neganda.

Super quo dominus papa respondit quod placebit, si rex sibi insinuare voluerit de quibus prelatis licentiandis vel non licentiandis, pro utilitate dicti passagii, sibi videbitur expedire, ut, ejus intentione cognita, circa dictam licentiam impendendam vel etiam denegandam possit deliberare plenius quid ad honorem Dei et utilitatem negocii fuerit faciendum .

Item ad XIII^um^ articulum principalem, in quo petebatur quod exempti possent consimiliter dispensare cum suis subditis, dominus papa respondit idem.

Item ad XXI^am^ supplicationem que talis est : *Item super eo quod Vestre Sanctitati super XIV°, XV° et XVI° articulis placuit respondere quod, quia multa continet inconvenientia et indecentia Sedem Apostolicam, silentio tradebatur* ; quorum quidem XIV^i^, XV^i^ et XVI^i^ articulorum tenores proxime subsequuntur. Sciendum est quod XIV^us^ articulus erat talis, videlicet quod placeret committere cuilibet ordinario in sua diocesi potestatem absolvendi et dispensandi cum hiis qui tenent et tenebunt, durante tempore sex annorum, quascumque dignitates (archiepiscopatus, episcopatus) vel alias prelationes, vel beneficium ecclesiasticum quodcumque sit, contra conscientiam suam pro eo quod ipsi erant excommunicati, suspensi vel interdicti tempore provisionis, que eis inde fuit facta vel fiet infra dictum tempus. Et postmodum inde sunt aut erunt absoluti vel pro eo quia non habebant sufficientem etatem et modo habent, vel in alio casu, quamvis sit major, ubi dispensatio [f. 162^a^] fieri poterit propter aliquod impedimentum secretum, quod tunc erat, et postmodum fuerit vel erit amotum, exceptis bigamia et irregularitatibus, que semper durant, faciendo fieri ad utilitatem viagii per illos cum quibus dispensabit restitutionem fructuum, quos inde indebite perceperint pro tempore preterito in toto vel in parte, secundum quod ordinarius arbitrabitur, considerata qualitate persone et natura facti. Et quod quilibet ordinarius facere possit collationes secretas de novo illis cum quibus dispensabit, ad finem quod per dictam dispensationem ipsi retinere possint in conscientia sua prelationes, dignitates et beneficia non litigiosa et dispensandi cum omnibus personis religiosis, que dederunt vel habuerunt per simoniacam pravitatem introitum in monasteriis seu ecclesiis, quod ipsi remanere possint in religione sua et retinere sua beneficia seu administrationes.

Item XV^us^ articulus principalis erat quod deputandi predicti per provincias possint dispensare cum exemptis in dictis casibus et modo predicto.

Item XVI^us^ articulus erat quod illi deputandi possint dispensare cum archiepiscopis et archiepiscopi cum suffraganeis, sicut ad quemlibet pertinet.

Super quibus XIV°, XV° et XVI° articulis dominus papa respondit sic : De XIV° articulo, quia multa inconvenientia et indecentia Sedem Apostolicam continet, sub silentio pertransitur ; XV^us^ et XVI^us^ articulus ex predicto XIV° dependent.

Super quibus nuncii regii exposuerunt domino pape quod conscientie regie puritas non vult nec aliqualiter intendit quod in hoc sancto negocio vel alio qualicumque fiat aliquid illicitum, indecens seu displicens Deo. Sed quia multum desiderat quod viagii predicti commodum viis et modis promoveatur licitis propter infinitas expensas, quas ipsum regem oportebit subire, et pro tanto tamque pio negocio, quod est proprium Jhesu Christi fideliumque christianorum, totiusque rei publice, videtur quod dominus papa ad dispensandum in casibus licitis facilius se debeat inclinare quam in aliis in quibus non concurrerent tot favores. Quare supplicavit rex quatenus, omissis hiis que petebantur de fructibus percipiendis ab hiis qui jus in beneficiis non haberent et aliis in dictis articulis contentis, que concedenda non essent, placeret domino pape providere super contentis in [f. 162*b*] dictis articulis que licite fieri poterunt et concedi, presertim tam super dispensatione quam super fructibus de tempore transacto perceptis et aliis que concedenda videret ; nam hoc cederet ad grande dicti passagii comodum, et exinde salvari poterunt anime plurimorum.

Super quo dominus papa respondit quod non videtur in genere aliquid innovandum, etiam quoad contenta in secunda petitione predicta. Sed si specialiter petatur, fiet quod fieri poterit, divino beneplacito inoffenso.

Super quo rex iterum supplicavit quod, cum hic agatur de animarum salute pro tempore preterito, prout secundum Deum canonice fieri poterit sine Dei et juris offensa, fiat commissio certis probatis personis que [1] super contentis in supplicatione predicta rite et juste procedant, eidem domino pape significando quod illi, de quibus agitur, non haberent libenter super hiis ad eum personalem accessum, qui tamen coram deputandis ab eo comparere nullatenus formidabunt ; et ex hiis passagio poterunt multa comoda licite provenire. Rex enim sperat indubie quod omnia, que secundum Deum concedi poterunt, concedantur eidem.

Ad quod dominus papa respondit quod, attento pondere materie supplicationis ipsius, non videtur sibi aliud quam responsum fuerit respondendum, hoc salvo quod in religionis favorem concedet quod cum simoniace religionem ingredientibus et eos taliter recipientibus valeat dispensari. Sed addetur hec clausula : *ipsas de novo in monasteriis ipsis recipi faciendo, mutatis prioribus locis et eis inferioribus assignatis.*

Item super XXII^a^ supplicatione regia tangente XVII^um^ articulum principalem qui continet quod illi, qui vellent redimere votum suum transmarinum et tradere quantum expenderent per annum causa dicti viagii, eundo, morando et redeundo ibidem, in eorum bona conscientia, tam in personis ecclesiasticis quam laicis, absolvantur a voto et habeant indulgentiam, respondit dominus papa quod non expedit passagio, sed committet secundum formam juris communis.

[f. 163*a*] Item [2] ad XXIII^am^ supplicationem factam super XVIII° articulo principali, faciente mentionem de decimis, legatis, donatis, annalibus et aliis subsidiis, in aliis terris et regnis Christianitatis extra regnum Francie constitutis, concedendis et levandis, quoad decimas responsum est supra circa primum et tertium articulos principales. Quantum vero ad donata, legata, penas, condempnationes et alia subsidia impendenda, prout in regno Francie fuerunt imposita per eumdem dominum papam, respondit quod imponet et ea faciet colligi, collectores certos super hiis ordinando, convertenda in Terre Sancte subsidium, vel dicti passagii per Sedem Apostolicam, prout viderit expedire.

Et cum dicti nuncii dicerent quod, nisi predicta extra regnum colligenda in utilitatem dicti passagii, saltem per Sedem Apostolicam converteretur, multum detraheretur utilitati passagii generalis et subsidii Terre Sancte ac regi dictum passagium prosequendo, alias frustra petiissent indici passagium generale, maxime cum pro dicto passagio et Terre Sancte subsidio decime et alia subsidia consueverint imponi, dominus papa respondit ut prius.

Item super XXIV^a^ supplicatione, que loquitur de decimo nono capitulo principali, videlicet de decimis et aliis subsidiis in Cameracensi, Leodiensi, Metensi, Tullensi et Virdunensi civitatibus et diocesibus imponendis, levandis et applicandis regi pro dicto passagio, sicut alias per summos pontifices regibus Francie factum fuit, dominus papa respondit ; primo, quod Clemens IV^us^ non concessit sexennalem decimam, sed tantum modo trien-

1. Ms. = qui.
2. *In margine folii scribitur* : De decimis et fructibus et aliis subsidiis extra regnum Francie.

nalem, et Clemens V^us^, qui sexennalem concessit, et post IV^um^ extra regnum Francie decimas aliquas non concessit ; quare stabat in responsione prima, scilicet quod certis ex causis rationabilibus hoc fieri non videtur expediens Ecclesie in presenti.

Super quo rex iterum supplicavit, sperans et merito quod pro tam pio negocio dominus papa sibi concedat que a quocumque predecessorum suorum Francie regibus sunt concessa, ubi etiam tanta non inerat necessitas nec expensarum immensitas, sicut nunc sunt ; quare majora etiam debent nunc dicto regi concedi.

Finaliter tamen dominus papa in hac responsione remansit quod, quantum ad presens, non attento valore decime illarum quinque civitatum et diocesium, nec ex ea consideratione quin regem eumdem multa majora, quantum sint illa, velit habere, sicut apparet per alias concessiones, quas intendit eidem facere, Deo dante, sed ex quibusdam considerationibus que forsan non attenduntur a pluribus, non expedit ad presens quod concessionem hujusmodi faciat. Considerat enim ex causis aliquibus, quas expedit nunc tacere, quod hujusmodi concessio temporibus istis satis plus posset sibi et Ecclesie Romane nocere quam ipsi regi proficere ; quare placeat ipsi regi temporibus istis supersedere a supplicatione predicta.

[f. 163^b^] Item super quadam supplicatione hic interposita, videlicet quod sicut decima et alia subsidia in civitatibus et diocesibus regni Francie concedentur, sic beneficiorum extra regnum existentium, quorum civitates sunt in regno, et similiter beneficiorum in regno existentium, quorum civitates sunt extra regnum, concedantur, dominus papa respondit quod placet de beneficiis que sunt in regno suo, etiamsi ad ecclesias pertineant, que sunt forsitan extra regnum. De beneficiis autem que episcopi regni vel alii habent extra, expediens non videtur, quia si sint in regnis aliis, hoc reges illarum partium molestum portarent et possent confundi episcopatuum fines, et via malitiis et scandalis aperiri, possetque contingere quod ecclesie ille que forent extra regni limites ex hoc a regibus et illarum terrarum superioribus amplius gravarentur, et hinc et inde gravate cogerentur onera non portabilia supportare. Sed nec per talem modum novit alias esse factum.

Sed, cum dicti nuncii dicerent se habere bullas predecessorum de decimis in provincia Remensi extra regnum, item et in diocesi Lugdunensi, dominus papa respondit quod placebat concessionem decimarum extendi ad dioceses civitatum predictarum dumtaxat.

Item super XXV^a^ supplicatione que talis est : *Item super XX° articulo Vestre Sanctitati sit notum quod illi, qui in dicto regno crucem pro dicto viagio volunt et intendunt accipere, nunquam illam reciperent, nisi in certo statu manerent super hoc quod propter crucis assumptionem hac vice vel pro voto dicti viagii per eos personaliter faciendo, heredes seu successores eorum non teneantur ad viagium faciendum, nec ad ibi mittendum, solvendum seu ministrandum expensas quas accipientes dictam crucem fecissent in prosecutione dicti viagii vel alias qualescumque, nec ad hoc eorum bona sint quomodolibet obligata, quia propter multitudinem gentium que crucem recipient antedictam et plurium simplicitatem non posset unicuique per se recipiendo crucem vel votum emittendo super hiis expresse adeo comode provideri ; quare supplicat rex predictus quatenus Vestre Sanctitati placeat declarare quod votum seu receptio dicte crucis pro dicto passagio, quoad incolas dicti regni, mere sit personale, quodque heredes seu successores eorum, aut bona contra voluntatem eorum in nichilo teneantur, nisi forsan in quantum defuncti de bonis ad dictum passagium pertinentibus recepissent, que pro eodem passagio nullatenus expenderant, vel pro bonis ad dictum passagium per defunctos re*[f. 164^a^]*-lictis, vel ubi defuncti heredes suos seu bona ad dictum passagium vel inibi mittendum, vel expensas seu alia ministrandum, alias quam per votum et assumptionem crucis predicte expressius obligassent,* dominus papa primo respondit sic : Ordinabitur quod, hac vice, ex assumptione crucis facienda, postquam indictum fuerit passagium generale, si ipsi crucem assumentes in ipsa crucis assumptione intellexerunt et voluerunt heredes suos ex assumptione crucis seu voti emissi, in ipsa assumptione tacite vel expresse nullatenus obligari, si infra dimidium annum ab ipsa crucis assumptione numerandum, hoc scilicet quod intellexerint et voluerint predicta coram suis diocesanis exprimenda duxerint et etiam declaranda. Quod si per ipsos crucesignatos non steterit quominus transfretaverint seu compleverint votum suum, eorum heredes nec bona sint seu remaneant in aliquo obligata, nisi forsan ipsi crucesignati aliquid pro passagio hujusmodi, dum viverent, recepissent, quo casu ad illud restituendum illi, a quo illud receperant, sint et remaneant, nisi obsistat aliud, obligati. Sane ordinationem predictam non vult idem dominus papa extendi

ad illos qui crucem assument, qui tamen alias ante ipsam assumpserant nec transfretaverant, nec ad illos qui voto, promissione seu ordinatione eorum qui eos obligare poterant vel alio quovis modo ad crucem assumendam vel Terre Sancte passagium erant astricti, extendi vult ordinationem predictam, sed in illis statuta canonica observari.

Et cum ex parte regis fuisset iterum supplicatum dictam supplicationem, sicut jacet, concedi ; nam alias nullus inveniretur in regno Francie nobilis laicus qui crucem assumat et propter laicos imperitos provisio per Sedem Apostolicam facta, que aliis discretis et peritis videretur sufficere, non sufficiet, nisi, prout in supplicatione petitur, provideatur eisdem ; quod fieri posse videtur si predicantibus crucem hec publicanda mandentur et in actu assumptionis ejusdem crucis ministerio predicantis non post ipsam crucem simpliciter assumptam, et post obligationem jam mero jure contractam declarationem requirere ab hiis qui vim assumpte crucis seu qualiter et ad quid se seu heredes suos obligaverint seu obligare intenderint totaliter ignorarunt. Super eo vero quod ibidem sequitur in domini pape responsionibus, quod ordinationem predictam non vult extendi ad illos qui crucem assument, qui [f. 164^b] tamen alias ante ipsam assumpserant nec transfretaverant etc., nec ad eos qui ad assumendam eam vel ad passagium faciendum erant astricti etc... supplicavit rex illam clausulam totaliter amoveri, quia in dicta supplicatione non agitur nisi de cruce assumenda hac vice, et quod pro hujusmodi assumptione non teneantur, si non fecerint passagium in vita eorum, ipsi seu eorum heredes mittere vel ministrare expensas etc..., nec dicta supplicatio aliquid loquatur de tempore preterito, vel de jam alias obligatis. Patet quod ista clausula, que laicos nimis terreret, potest omitti nec eam oportet in exceptionem poni, maxime cum obligatio vel votum per crucis assumptionem, vel alias jam contracta, per hoc quod petitur semper intacta remaneat et illesa.

Ad que dominus papa respondit quod, licet talis concessio sit alias inaudita et sit in diminutionem favoris et privilegii subsidii Terre Sancte, nichilominus, ex quo placet ipsi regi, placebit sibi quod predicantes et concedentes crucem, antequam ipsam concedant, exponant publice volentibus recipere quod, si eorum sit intentio per ipsam crucis assumptionem non obligare suos heredes, hoc debeant infra sex menses exponere coram suis diocesanis seu illis quos ad hoc diocesani duxerint deputandos, sicque in eorum potestate consistat suos heredes quoad hoc, scilicet assumptionem hujusmodi, ab obligationis cujuslibet onere liberare.

Super dicta autem clausula respondit se predictam clausulam posuisse, ne forsan deciperentur vel deciperent illi qui ex voto per eos olim emisso vel crucis assumptione per eos olim facta tenentur, opinantes quod ex hoc quod ipse contra morem solitum ad supplicationem ejusdem regis modis predictis providet, ne crucis assumptio fienda ad heredes illorum qui sunt crucem assumpturi, consideratione passagii generalis, in quo rex ipse capitaneus debet esse. Non enim debet esse intentio sua vel ipsius regis quod obligatio, que subsidio Terre Sancte pro tempore jam preterito posset esse quesita propter novam assumptionem, quam forte plures facerent, non in ipsius Terre Sancte favorem, sed ut minus quam prius saltim in suis heredibus tenerentur, tollatur, vel aliqualiter minuatur. Hoc enim in prejudicium et incomodum dicti passagii tenderet, quos rex ipse, qui comoda dicti negocii salubriter promovet, non intendit. Non est tamen domini pape intentio quod propter dictam clausulam aliquis in plus quam prius tenebatur quomodolibet obligetur.

Item super XXVI^a supplicatione facta super XXI° articulo qui talis est : *Item placeat vobis* [f. 165^a] *ferre sententiam excommunicationis contra illos qui moverent guerram et qui darent consilium vel auxilium illis qui eam moverent contra regem regnumque suum in capite vel in membris, vel contra illos qui ibunt ad regem in dicto viagio, a tempore dispositionis seu assumptionis dicti viagii usquequo viagium sit completum, et quod sententie ferantur meliores et fortiores que ferri poterunt.*

Super quo dominus papa responderat quod provideret juxta ordinationem concilii generalis contentam in parte decisa decretalis *Ad deliberandam*, vel alias si appareret quod predecessores sui super hoc duxissent aliter providendum. Propter quod rex supplicavit secundo quod fiat sicut in bulla bone memorie domini Clementis IV *Cavetur*, addito post hoc verbum *protectione* hoc verbo *spirituali* ; quod dominus papa concessit.

Quantum autem ad illam partem supplicationis, in qua fit mentio de hiis qui invadebunt regnum Francie gubernatores et incolas dicti regni contra guerras facientes eisdem, tem-

pore quo dictus rex dictum viagium faciet illudque prosequetur, seu etiam tempore quo fuerit arripiendum iter dicti viagii, tales indulgentias concedere, sicut dominus papa concedet, remanentibus pro regimine dicti regni.

Dominus papa respondit quod videtur sibi sufficere quod modum servet, quem servavit super hoc dominus Clemens IV, bullas super hoc renovando, salva quod adderetur verbum *spirituali* ut supra proxime.

Item super XXVII[a] supplicatione, in qua de XXII° articulo principali fit mentio, scilicet de sententia excommunicationis proferenda contra eos qui presumerent maliciose regem a proposito prosequendi dictum viagium revocare, et dominus papa primo responderat quod fierent littere exhortatorie seu inhibitorie, sub pena anathematis, ne quis presumat maliciose regem a proposito prosequendi dictum viagium revocare; que responsio regi placuit. Supplicavit tamen rex quod masculos et non feminas comprehendant. Et dominus papa respondit finaliter quod, cum dicta sententia non sit nisi contra illos qui maliciose premissa facerent proferenda, via malicie non est etiam mulieribus relinquenda.

Item super XXVIII[a] supplicatione que talis est : *Item super XXIII° articulo Vestre Sanctitati placeat addere quod usque ad centum numerum personarum que de mandato regis, dicto durante viagio, pro regni regimine remanebunt, qui tamen dictum* [165[b]] *viagium facerent, nisi rex eosdem remanere fecisset ob causam predictam quique de suo dabunt, prout eorum conscientie bonum videbitur, in subsidium et juvamen dicti passagii, plenam habeant indulgentiam, sicut haberent, si dictum viagium personaliter profecissent,* dominus papa respondit quod fiat de hiis qui ex voto facto vel fiendo in posterum obligati ad transfretandum non erunt, sed erant alias ituri, qui tamen medietatem ejus quod essent expensuri dare in dictii passagii subsidium teneantur. Illi vero qui ex voto ire erant astricti, teneantur que expensuri erant dare in subsidium, corporali labore propter regni servitium remisso.

Super quo rex iterum supplicavit quod dicta supplicatio concederetur absque eo quod de suo aliquid dare pro passagio teneantur, nisi de sua processerit voluntate, quia alias non invenirentur qui vellent remanere.

Super quo dominus papa respondit quod concedet quod illi qui remanebunt pro tuitione seu gubernatione regni, si forsan ex voto vel assumptione crucis fuerint astricti ad transfretandum, dando in subsidium dicti passagii medietatem eorum que forent de suo in dicto passagio expensuri, a voto et assumptione crucis sint liberi et plenam nichilominus indulgentiam consequantur. Super qua medietate in subsidium dicti passagii per eos fideliter assignanda sue conscientie reliquit, ac ipsorum conscientiam oneravit.

Illi vero qui ad transfretandum astricti non erunt, dando partem ejus quod essent de suo in dicto passagio expensuri, quod, sicut de aliis predicitur, super hoc conscientie sue reliquit, etiam plenam indulgentiam consequantur.

Et cum super hoc per nuncios regios fuisset iterum supplicatum, dominus papa respondit quod concedet de duodecim principalioribus absque eo quod aliquid contribuant, quoad centum autem alios ultra duodecim concedet quod habeant dando, sicut supra statim continetur.

Item super XXIX[a] supplicatione loquente de XXIV° articulo principali, in quo supplicabatur quod omnes prelati et alie persone ecclesiastice, que facient viagium, possint obligare prelationes suas et beneficia usque ad valorem ipsorum ad tres annos, qui incipient cum recedent pro eundo ad dictum viagium, moriantur vel [f. 166[a]] vivant infra dictos tres annos, pro sustinendo dicto viagio et se acquittando, dominus papa respondit quod de majoribus prelatis, videlicet archiepiscopis et episcopis, et etiam de abbatibus, hoc expediens non videtur, quia, cum ipsi tantum pro tuitione suarum ecclesiarum communiter habeant facere quod ad hoc non sufficiunt suarum ecclesiarum proventus, immo frequenter oportet quod eis gratias alias faciat, si eorum successores haberent per triennium expectare, ecclesia illa posset gravari nimium, ipsique in sui status oprobium mendicare. Sane illis quibus licentiam concedet, intendit ut fructus unius anni, exceptis curiarum proventibus, possint ad firmam dare, licentiam impertiri. De aliis autem inferioribus prelatis, qui tamen in cathedrali ecclesia majorem locum post archiepiscopum vel episcopum obtinent, ac

de hiis qui in collegiatis monasteriis vel ecclesiis prelati principales existunt, videtur idem esse dicendum. De aliis autem transfretantibus de suorum prelatorum licentia, ad quos talis licentia de jure pertinet, concedet quod pro succursu dicti passagii seu viagii sua beneficia usque ad triennium, a die arrepti itineris, ad firmam dare possint, proviso tamen quod per dictum triennium obsequiis non fraudentur debitis, et beneficio constitutionis sue que incipit *Suscepti regiminis* eorum successoribus reservato, proviso etiam quod sic ad firmam tradens peccuniam, quam ex firma hujusmodi consequetur, in usus alios non convertat.

Super XXX^a^ supplicatione que talis est : *Item super responsione vestra facta super XXV° articulo supplicat rex predictus quatenus Vestre Sanctitati placeat addere quod ecclesiastice persone, que dictum viagium facient, possint procurationes quomodolibet sibi debitas in peccunia numerata recipere, per unum annum, antequam iter arripiant viagii memorati, prout a tempore arrepti itineris respondistis*, dominus papa respondit quod hanc licentiam, a tempore arrepti itineris inchoandam, de moderatis tamen procurationibus concedet hiis prelatis, scilicet archiepiscopis, episcopis et abbatibus, qui de sua speciali licentia, et aliis ad quos de jure vel consuetudine visitare et procurationes recipere, seu procurationes dumtaxat recipere noscitur pertinere, qui de suorum superiorum licentia, ad quos de jure hujusmodi licentia pertinet, transfretabunt.

Super quo rex supplicavit quod domino [f. 166^b^] pape placeret addere quod ecclesiastice persone, que dictum viagium facient, possint procurationes quomodolibet sibi debitas in peccunia numerata recipere, per unum annum, antequam iter arripiant viagii memorati.

Ad quod dominus papa respondit quod fiet, ita tamen quod, si eas ab eundo contingeret impediri, illud una cum decima non soluta in subsidium passagii debeant deputandis juxta modum predictum collectoribus assignare.

Item ad XXXI^am^ supplicationem que talis est : *Item super XXVI° articulo mentionem faciente de incertis restitutionibus, super quo Vestre Sanctitati placuit respondere quod Eadem Sanctitas declararet que hoc casu censentur restitutiones incerte*, dominus papa respondit quod responsum erat in responsionibus bullarum predecessorum suorum.

Ad XXXII^am^ supplicationem ultimam de dictis secundis supplicationibus factam super XXVII° articulo principali, quo petebatur quod dominus papa vellet concedere plenam indulgentiam concessam in concilio generali succurrentibus Terre Sancte, sicut Clemens IV concessit, etc..., dominus papa respondit quod juxta quantitatem subsidii et devotionis affectum indulgentiarum concessarum transfretantibus ipsos esse participes concedet. Et postmodum respondit sic, quod concedet quod omnes illi qui dabunt ipsi regi subsidia, in predicta littera contenta, sint participes indulgentie que transfretantibus in generali concilio conceditur, juxta quantitatem ipsius subsidii et devotionis ipsorum affectum, sicut illis qui ad subventionem Terre Sancte de bonis suis congrue subministrant concessum fuit in predicto concilio generali.

Ad quod nuncii regii proposuerunt quod non declaratur in responsione qui gaudebunt gratia juxta intellectum bulle, sed bene declaratur quod sint participes, etc... Et sic declaratur quid habebunt, sed non qui, seu propter quid. Et supplicarunt dictam bullam taliter declarari quod ulterius super ea non debeat dubitari quodque videbatur aliquibus laicis quod, si quis dat pro passagio decimam partem omnium mobilium et decimam obventionum et fructuum, hereditatum et redditum suorum, plenam indulgentiam consequentur.

Super quo dominus papa respondit quod sive verba posita in bulla Clementis pape IV, scilicet hec, *quartam* [f. 167^a^] *partem redditum immobilium bonorum ipsorum hereditariorum*, etc..., referantur ad quartam partem ipsorum redditum unius anni dumtaxat, sive referantur ad quartam partem bonorum ipsorum hereditariorum, scilicet redditum perpetuorum, non determinando se ad redditus unius anni tantum ; item sive clausula que sequitur, scilicet hec : *Si bonorum ipsorum mobilium extimatio immobilium bonorum hereditariorum eorumdem valorem excedat*, etc..., referantur ad valorem omnium bonorum immobiliorum predictorum simpliciter, sive referantur ad valorem quarte partis ipsorum redditum perpetuorum et bonorum ipsorum, sive ad quartam redditum unius anni dumtaxat, ut supra dicitur. Non est hic multum insistendum, quia talibus non conceditur plena venia peccatorum, sed illa solum que succurrentibus dicte Terre concessa est in concilio generali, videlicet juxta quantitatem subsidii et devotionis affectum. Et intelligit dominus papa quod tota illa pecunia in Terre Sancte subsidium convertatur, sicut pro dicte Terre Sancte subsidio concedetur.

Ad aliam vero supplicationem, in qua petebatur quod termini decimarum solvendarum taliter statuantur quod, antequam rex iter arripiat passagii, decima et alia subsidia sint pro tribus annis collecta, dominus papa respondit quod hoc non potest fieri infra terminum prolocutum ad passagium; alias oporteret quod in anno plus quam una decima contra morem solitum solveretur, quod, attentis ecclesiarum gravaminibus et peccunie raritate, personis ecclesiasticis importabile videtur.

Ad aliam, in qua supplicabatur per regem quod domino pape placeret ordinare quod crucesignati et crucesignandi, qui morientur antequam rex iter arripiat dicti passagii, habeant plenam indulgentiam, concedendo passagio, que in declaratione bulle Clementis IV continebuntur, dominus papa respondit quod concedet quod crucesignati et crucesignandi quos, antequam iter arripiant, mori continget, dum tamen relinquant pro subsidio passagii, quantum essent expensuri eundo, morando et redeundo per annum [f. 167*b*], plenam indulgentiam consequantur; alias habeant indulgentiam juxta sue devotionis affectum et subsidii quantitatem.

Super quo nuncii regi supplicarunt quod predicti qui habituri sunt plenam indulgentiam, de illis que erant expensuri eorum conscientie relinquatur.

Et dominus papa respondit quod placet, dum tamen illi qui votum emittent vel crucem assument, declaraverint intentionem suam, scilicet quantum essent per annum predictum secundum eorum conscientiam expensuri, de quo stetur conscientie eorumdem.

Ad aliam, in qua supplicabatur quod crucesignati vel crucesignandi qui morientur post eorum iter arreptum ad passagium faciendum, dicti passagii prosecutione durante, habeant plenam indulgentiam et quod placeret ordinare quod omnia, que tunc habuerint vel habere ordinaverint pro suo passagio faciendo, de quibus tamen specialiter ad alios usus in vita vel in morte non ordinassent, remaneant et cedant dicto passagio, proviso tamen familiaribus hujusmodi defunctorum et eis qui cum eo transfretare debebunt juxta pactiones habitas inter eos, dominus papa respondit quod in casu, in quo heredes illorum decedentium remanerent ad faciendum pro ipsis dictum passagium obligati, utpote quia, antequam crucem assumerent, transfretare tenebantur ex voto vel alias, quia votum non constaret personale fuisse, vel quia crucesignandi infra septem menses voluntatem suam coram diocesanis non declaraverint, quod eorum intentio fuerat quod eorum heredes non essent ratione assumptionis crucis vel voti in aliquo obligati, bona mortui apud heredem vel heredes, de quibus non ordinasset alias, debeant remanere ipsique heredes seu heres exequi passagium hujusmodi teneantur. Si autem heredes non remaneant obligati, fiet quod petitur in modum conditionis. De clericis autem sic morientibus volumus quod potestas disponendi de bonis predictis [f. 168*a*] sit penes legatum Apostolice Sedis, proviso quod ea que pertinebunt ad cultum divinum ut cruces, calices et indumenta ad cultum divinum spectantia restitui debeant ecclesiis eorumdem. Vult autem dominus papa quod in utroque istorum casuum defunctus indulgentiam concessam transfretantibus consequatur.

Item ad aliam, in qua supplicabatur ordinari quod legatus seu legati Sedis Apostolice, qui dictum facient passagium, possint personis ydoneis, ad preces seu nominationem regis Francie, dignitates, personatus, officia et alia beneficia episcopatu minora conferre, etc., dominus papa respondit quod ad presens de potestate danda legato non est ordinandum; decet enim quod prius firmetur passagium memoratum, et tunc tam de legato quam de potestate quam sibi disponet concedere, poterit convenientius ordinari.

Item[1] ad aliam, scilicet ultimam, in qua supplicabatur quatenus de decimis, donatis, legatis, penis, condempnationibus et aliis subsidiis extra regnum Francie per Sedem eamdem imponendis pro dicto passagio Terreque Sancte subsidio seu succursu cujus passagii efficietur capitaneus generalis, placeret concedere dicto regi in regnis et terris quorum principes seu principales domini temporales, si quos habent, non faciant personaliter passagium memoratum, vel si faciant non fuerint eis dicta subsidia per Sedem Apostolicam deputata, dominus papa respondit quod, si predicta concessio fieret, possent ex ea multa scandala suscitari; nam probabiliter potest considerare quilibet quod multi reges alii valde moleste portarent, si regnorum suorum subsidia, de quibus erit eorum subditis transfretantibus cum

1. De decimis et aliis subsidiis extra regnum Francie non concedendis regi Francie; *sic scribitur in margine folii.*

eis regibus non euntibus conveniens subvenire, concederentur, alteri curicumque; ex quo posset dictorum subsidiorum exactio impediri vel nimirum retardari. Nec prelatis et viris ecclesiasticis regnorum aliorum esset acceptum decimas et alia subsidia a personis ecclesiasticis exigenda, dum ea scirent regi, non suo, fore concessa, solvere vel exigere, seu ipsi regi vel aliis pro ipso recipientibus assignare, nec etiam laici regnorum aliorum libenter legata et alia debita prompte solverent, facta ipsi regi concessione predicta, immo multas occasiones inde possent assumere per quas solutiones debitorum hujusmodi declinarent. Scandalizarentur etiam nobiles [f. 168^b] illorum regnorum, presertim illi qui erunt transfretaturi, si subsidia, de quibus sperabant aliqualiter se juvare pro oneribus suis in passagio supportandis, viderent sic ad regnum aliud transportari. Preterea posset occurrere in regno vel regnis aliis talis necessitas, sicut alias factum est, quod oporteret decimam, in toto vel in parte, regi vel regibus concedere, pro neccessitate hujusmodi sublevanda; ex quibus et aliis pluribus considerationibus prefata concessio, si fieret, ipsi passagio contra regis ipsius propositum, quod fertur, in ipsius passagii commodum quamplurimum derogaret.

Facta collatio per magistrum Sycardum et me G[eraldum] de Albussaco cum quaterno simili quem portaverunt secum nuncii regii. Ger[aldus].

1332-1333. **61325.** — Supplicationes [1] nunciorum regis Franciæ circa renovationem litterarum apostolicarum pro negocio transmarini passagii per summos pontifices concessarum (*A.* 44, f. 169^a-174^a).

1333. **61326.** — Constituuntur [2] a rege Francorum nuncii et procuratores cum mandato supplicandi quod pro succursu Terræ Sanctæ placeat Papæ indicere passagium generale et pro eo subsidia statuere. (*A.* 44, f. 176^a-181^b).

[f. 176^a] Philippus, etc... Notum facimus universis quod, cum duxerimus sanctissimo patri in Domino Johanni divina providentia sacrosancte Romane et universalis Ecclesie summo pontifici per nostras alias litteras supplicandum, ut indiceret passagium generale, quod per eumdem indicendum speramus, nos, ad manifestandum fidelibus quibuscumque sinceram intentionem, quam habemus ad dictum generale passagium assumendum, si illud per Sedem Apostolicam contingat indici, et ad omnia et singula nobis per Sedem eamdem in ipsius passagii subsidium concedenda, convertenda in ejusdem utilitatem passagii sine diminutione quacumque, juxta provisionem inferius annotatam, facimus et constituimus dilectos et fideles consiliarios nostros, tales, etc..., procuratores nostros et nuncios speciales ad infrascripta, dantes eisdem quinque, quatuor, tribus et duobus eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantium nec deterior subsequentium, sed quod per ipsos aut aliquos eorumdem ceptum fuerit per alios mediari [f. 176^b] valeat et finiri, plenam et liberam potestatem et speciale mandatum supplicandi prefato sanctissimo in Christo patri summo pontifici, quod pro pleniori succursu Terre Sancte sibi placeat ad nostram postulationem indicere passagium generale, et ipsum, postquam indictum fuerit, pro nobis et nostro nomine, coram dicto Summo Pontifice et in ejus presentia assumendi et prestandi in animam nostram corporale tactis sacrosanctis evangeliis juramentum quod nos iter arripiemus dicti passagii infra talem terminum etc..., illudque prosequemur realiter et personaliter justo ac legitimo impedimento cessante.

Ita tamen et non alias assumptionem passagii, juramentum et obligationem hujusmodi per procuratores nostros predictos, juxta potestatem eis, ut premittitur, datam, fieri volumus, intendimus et mandamus quod, si justum ac legitimum impedimentum seu impedimenta hujusmodi, nos, heredes seu successores nostros super hiis allegare contingat de illo seu illis, an sint justa et legitima, vel non, duo prelati [3] regni nostri ar[f. 177^a]chiepiscopi vel episcopi, per Sedem Apostolicam deputandi, se diligenter debebunt auctoritate aposto-

1. Les documents que contient le registre d'Avignon 44 n'ont pas été reproduits, parce qu'ils reportent le texte connu de bulles de Clément IV et que les bulles expédiées par la chancellerie de Jean XXII seront publiées par M. Coulon.

2. La procuration même est datée d'Orléans, le 20 mars 1333 (n. st.). Les mandataires de Philippe VI furent l'archevêque de Rouen, l'évêque de Thérouanne, Gui Baudet, doyen de Paris, le sire d'Avaugour et Pierre Troussel; cfr. t. XIII, n. 63884.

3. Jean XXII délégua ses pouvoirs aux évêques de Laon, de Beauvais et d'Arras ainsi qu'à l'évêque élu de Tournai, le 7 septembre 1333 (voir t. XIII, n. 63872).

lica, absque cujuslibet alterius partis vocatione, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura judicii, informare, ac super impedimento seu impedimentis ipsis occurrentibus, an justa et legitima vel non censenda sint, prout eis visum fuerit juxta informationem prehabitam, declarare ; cui declarationi omnino stari debebit absque eo quod per Sedem Apostolicam, ex officio suo vel alias quomodolibet possimus, nos, heredes successoresve nostri possint super hiis trahi ad examen Sedis Apostolice seu ad eam super ipsis recursus haberi seu alias in judicio vel extra per eamdem Sedem vel ejus auctoritate aut alias quomodolibet molestari. Quodque potestas predictis concedenda prelatis per eamdem Sedem, re integra vel non integra, revocari non possit, et quod morte deputantis dictos prelatos seu committentis eisdem potestas hujusmodi non expiret. Que omnia et singula in potestate et mandato datis nostris predictis procuratoribus necnon in assumptione dicti passagii, juramento et obligatione predictis, per eos pro nobis et nostro nomine, ut predicitur, faciendis, inesse volumus ; et ponimus in eisdem alias non [*f.* 177*b*] facturi assumptionem passagii, juramentum et obligationem predicta. Si vero dictos duos prelatos, ad hoc a Sede Apostolica deputandos, vel eorum aliquem interim transferri, cedere aut decedere contingeret, antequam declaratio predicta facta sit, loco illorum seu illius, quos vel quem transferri, cedere aut decedere contingeret, alii seu alius prelati dicti regni ex nunc deputabuntur et subrogabuntur per Sedem eamdem, singuli in singulorum translatorum, cedentium aut decedentium loco per ordinem quo per dictam Sedem fuerit ordinatum, ad informationem et declarationem hujusmodi, ut premittitur, faciendas. Per assumptionem autem, juramentum et obligationes, et alia predicta que facimus seu fieri mandamus ratione hujusmodi passagii generalis, non intendimus heredes successoresque nostros obligari seu teneri quomodolibet ad transmarinum passagium faciendum, vel ibi seu pro eo mittendum personas quascumque, nec ad mittendum, solvendum seu ministrandum expensas, quas faceremus et subiremus, si dictum passagium per nos realiter et personaliter faceremus et illud faciendo seu etiam prosequendo vel aliquod aliud quale [f. 178*a*] cumque subsidium facere vel juvamen, nec bona nostra, heredum vel successorum nostrorum ad hoc esse seu remanere obligata quomodolibet vel astricta, ordinatione tamen super colligendis, recipiendis, conservandis, distribuendis assignandis et reddendis in manu Sedis Apostolice decimis et aliis subsidiis quibuscumque nobis pro dicto passagio per Sedem Apostolicam concedendis contenta tam in istis quam in nostris aliis litteris in suo robore duratura.

Damus insuper dictis procuratoribus, juxta formam expressatam superius, plenam et liberam potestatem ac speciale mandatum, pro nobis, et nostro nomine, et in animam nostram, coram dicto summo pontifice et in ejus presentia corporale juramentum prestandi quod nos non accipiemus nec scienter accipi faciemus seu consentiemus, quod alius aliquid de hiis capiat seu accipiat, que nobis per Sedem Apostolicam in subsidium antedicti passagii concedentur ad hoc ut in usus alios quam in utilitatem dicti passagii convertantur nec ea in usus convertemus alios, nec converti scienter a quovis alio patiemur.

Et si forsan aliquid de predictis pro usibus aliis a nobis vel aliis contingeret accipi casu aliquo vel converti, illud ad locum pristinum et ad usum dicti passagii statim, cum hoc ad nostram notitiam devenerit, sine morosa dilatione reponi et restitui faciemus ; ad quod heredes et successores [f. 178*b*] nostros astringi volumus et etiam obligari.

Et si forsan contingeret nos, infra dictum terminum, impedimento perpetuo impediri vel tali quod probabiliter appareret duobus prelatis, sicut premittitur, per Sedem Apostolicam deputatis, quod in predicto termino vel alio per Sedem Apostolicam ex causa aliqua prorogato, nec infra septem mensium spatium immediate sequentium, iter arripere possemus et illud prosequi, volumus quod juxta ordinationem Sedis Apostolice potestas colligendi seu exigendi decimam et alia subsidia in regno nostro Francie imponenda per Sedem eamdem nobisque, ut predicitur, concedenda, statim debeat expirare, nisi forsan per eamdem Sedem circa expirationem collectionis hujusmodi contingeret aliud ordinari ; quo casu quicquid de decima et aliis subsidiis predictis nobis pro dicto passagio per Sedem Apostolicam concedendis penes nos heredesve nostros aut quoslibet alios tunc restaret et in dicti passagii preparationibus aut pro eo de mandato nostro juxta ordinationem Sedis Apostolice infra contentam non esset expensum, necnon et galee et alie quecumque res facte, empte seu quomodolibet predicto passagio pro eo acquisite de dictis decimis et aliis nobis per Sedem Apostolicam, ut premittitur, concedendis, et omnibus debitis, in quibus receptores

infrascripti seu quicumque alii de concedendis hujusmodi, collectis tunc vel non collectis, quomodolibet tenebuntur, debebunt per nos seu successores nostros quatuor prelatis [1] regni nostri, quorum duo per Sedem Apostolicam, alii vero duo per [f. 179a] nos, vel duobus ex eis, quorum unus per eamdem Sedem, alius vero per nos fuerint deputati sine difficultate qualibet assignari. Qui quatuor seu duo ex eis, unus scilicet per Sedem Apostolicam, alius autem per nos, ut predicitur, deputati, omnia recipient, conservabunt in locis regni nostri securis et congruis nomine Sedis Apostolice distribuenda per eamdem Sedem et ad opus illorum in quos distribuenda et expendenda fuerint [2] ut, juxta modum qui sequitur, in Terre Sancte subsidium utilius et commodius convertantur.

Modus autem est iste : quod si, postquam nos contingeret, ut premittitur, impediri, per Sedem Apostolicam indicatur generale passagium vel etiam particulare, si nos vel rex Francie, qui tunc regnabit, vellemus seu vellet in illo passagio transfretare, debebunt nobis vel regi Francie, qui tunc erit, omnia predicta tam in pecunia quam in rebus aliis sub formis et modis circa concessionem, conservationem et distributionem adjectas in presenti provisione sub quibus pro dicto passagio conceditur integraliter assignari.

Si vero nos vel successor noster, qui pro tempore fuerit, nollemus vel non possemus aut nollet seu non posset in illo passagio transfretare, aliqui tamen prelati seu magnates aliqui vel nobiles alii dicti regni vellent in illud passagium proficisci juxta statum et conditionem ipsorum et numerum bellatorum quos secum ducerent, debebit illis de dicto residuo auctoritate Sedis Apostolice provideri.

Si autem nollet aliquis prelatus vel nobilis de dicto regno in dicto [f. 179b] passagio proficisci vel essent alii adeo pauci quod illis proviso de collectis decimis et aliis subsidiis adhuc aliqua superessent, in predictis casibus Sedes Apostolica, de toto eo quod de decimis et aliis subsidiis esset collectum, ubi nec nos nec rex Francie qui pro tempore fuerit nec aliqui prelati, vel seculares magnates seu nobiles predicti vellemus seu vellent in dicto passagio proficisci vel de illo quod restaret, proviso illis qui de regno Francie tunc voluerint transfretare pro utilitate Terre Sancte, etiam in personis aliis quam de regno Francie possit libere, prout sibi visum fuerit, ordinare.

Si vero impedimentum infra dictum terminum occurreret temporale ac tale per quod crederetur probabiliter non debere nos a prosecutione itineris in supradictis terminis impediri, non expiret decimarum et aliorum concedendorum predictorum exactio neque cesset.

Sane si impedimentum occurreret in termino ad arripiendum iter statuto, siquidem esset tale quod probabiliter infra septem menses immediate sequentes cessare deberet, non expiret exactio decime neque cesset.

Si autem impedimentum hujusmodi esset tale quod infra septem menses predictos probabiliter non cessaret, ex tunc expirare debeat decimarum et aliorum subsidiorum exactio supradicta, nisi per Sedem Apostolicam dictus terminus ex causa aliqua fuerit prorogatus ; quo casu, si prorogatio termini annum non excederet, non cesset exactio decimarum.

Si vero ipsa prorogatio annum excederet, tunc statim expiret decimarum exactio. Sed finito prorogationis tempore, dum tamen rex ipse paratus fuerit negotium [f. 180a] dicti passagii prosequi, vires resumat absque commissione alia commissio prius facta possitque ex tunc per deputatos prius procedi commissarios ad exactionem predictam, ac si continue ipsorum commissio in suo robore perstitisset.

Si vero impedimentum hujusmodi arreptionem itineris totaliter impediret, eo casu dictum residuum et cetera omnia que tam in pecunia quam rebus aliis quibuscumque predictis tunc restarent, debebunt in manu Sedis Apostolice, videlicet penes quatuor prelatos, quorum duo per Sedem Apostolicam, duo vero per nos aut duos ex ipsis, quorum unus per eamdem Sedem, alius per nos deputati fuerint, assignari per eos, sicut premittitur, conservanda et per Sedem eamdem disponenda, sicut in alio articulo superius continetur.

De impedimentis autem predictis duo prelati predicti per Sedem Apostolicam deputandi

1. Les deux prélats choisis par Jean XXII furent les archevêqnes de Rouen et de Sens (8 septembre 1333) ; cfr. t. XIII, n. 63873.

2. *Ms* = Distribuendum per eamdem Sedem et ad opus illorum in quos distribuendum et expendendum fuerit ; *verba restituta adsunt in reg. Avin.* 46, f. 158*a*.

3. *Ms* = Conservandum et Sedem eamdem disponendum ; *verba restituta adsunt in eodem reg. Avin.* 46, f. 158*b*.

seu eisdem modo qui predicitur subrogandi, se informabunt et etiam declarabunt. Et, ut utilitati dicti passagii provideatur uberius, volumus et etiam ordinamus quod pecunia concedendorum nobis per Sedem Apostolicam in subsidium passagii antedici non thesaurariis nostris regiis vel receptoribus, sed certis burgensibus ad hoc ydoneis per nos deputandis, dicta decima a collectoribus Sedis Apostolice et alia subsidia assignentur ; qui dicti burgenses recipere eaque fideliter conservare debebunt, et de mandato dictorum quatuor prelatorum regni Francie modo predicto deputandorum utiliter ad ipsius viagii commodum dispensare. Quibus quidem prelatis aut duobus ex ipsis modo predicto deputandis receptores predicti, annis singulis, de receptis et ex [f. 180^b]pensis seu misiis compotum et debitam debebunt reddere rationem. Ipsi autem prelati predicti, aut duo ex ipsis, ut predicitur, deputandis ad mandatum nostrum seu ordinationem pro dicti passagii preparationibus, provisionibus et commodis, absque eo quod aliquid de predictis convertatur in usus alios, solutiones fieri facient et pecunias liberari. Et ut iidem prelati et receptores premissa diligentius exequantur, jurabunt tam prelati quam receptores predicti, prelati tamen juxta exigentiam status sui, quod ipsi predicta fideliter ad ipsius utilitatem passagii facient et complebunt, nec aliquid quod de predictis receptum fuerit convertent in usus alios quam dicti passagii nec converti pro posse permittent.

Item quod si per nos dictis prelatis contingeret precipi vel mandari ut ipsi de receptis aliquid solverent, liberarent aut solvi facerent seu etiam liberari, si videretur eisdem quod illud non cederet ad utilitatem passagii antedicti, dicti prelati aut duo ex ipsis, scilicet unus deputatus per Sedem Apostolicam, et alius per nos, teneantur nobis rescribere fideliter seu referre quid ipsis videbitur faciendum ad finem illum quod juxta rescriptiones seu relationes eorum super hoc per nos debeat ad utilitatem dicti negocii maturius et commodius provideri. Si vero, pendente negocio, aliquem vel aliquos dictorum decedere contingeret prelatorum, successores eorum, vel, si forsan eorum vacarent ecclesie, alii loco ipsorum subrogabuntur ydonei, per illos qui defunctos deputaverant antedictos. Prelati autem hujusmodi, quorum duo per Sedem Apostolicam, alii vero duo per nos deputabuntur et subrogabuntur, ut dictum est, [f. 181^a] antequam constet nos super itinere arripiendo dicti passagii impedimento interveniente legitimo impediri, Sedi Apostolice super hiis rationem reddere infra scriptam et non aliam tenebuntur, videlicet quod, annis singulis, Sedi Apostolice significare tenebuntur per scripturam in grosso quantum receptum fuerit de predictis et quantum expensum sine alia expressione partium minutarum. Verumtamen in casu seu casibus, quo vel quibus dictum residuum et cetera supradicta essent dictis quatuor prelatis seu duobus ex eis nomine Sedis Apostolice assignanda, per eos, ut premittitur, conservanda, tunc dicti prelati rationem que sequitur et non aliam Sedi Apostolice reddere tenebuntur, videlicet significare per scripturam Sedi Apostolice seu deputandis ab ea in regno Francie quicquid collectum, expensum et residuum fuerit de predictis, etiam scripturas continentes partes et particulas assignando, si petantur ab eis ; et id de dicto residuo, quod penes eos fuerit, expendere et distribuere de mandato Sedis ejusdem secundum ordinationem superius expressatam, nos autem, heredes et successores nostri super predictis seu aliquo predictorum Sedi Apostolice vel deputandis ab ea seu alii cuicumque non tenebimur nec tenebuntur aliquam reddere rationem. Per hoc autem nolumus nec intendimus impediri quin quatuor predicti prelati nobis et successoribus nostris de collectis, expensis et residuo predictis partes et particulas omnes et singulas exhibere et assignare teneantur et reliqua reddere in usus et [f. 181^b] utilitates dicti viagii, prout premittitur, convertenda, in casibus in quibus ad nos seu successores nostros spectabit distributio eorumdem sucundum ordinationem predictam.

Ut autem premissa ad utilitatem dicti negocii debeant inviolabilius intemerata servari, promittimus nos facturos et curaturos quod carissimus filius noster Johannes de Francia, dux Normannie, Andegavensis Cenomanensisque comes, licet absens, per procuratorem suum ad hoc legitime constitutum, super sancta Dei evangelia corporaliter tacta jurabit coram summo pontifice predicto et in ejus presentia quod ipse in quocumque statu sit in presenti seu etiam deveniat in futurum, etiam si ad successionem seu regimen dicti regni venire contingat eumdem, predicta omnia et singula, quatenus concernunt et tangunt ordinationem eorum que recepta fuerint de decimis vel aliis quocumque nomine, censeantur nobis per Sedem Apostolicam pro dicto passagio concedendis, tenebit et firmiter observabit modo et forma superius expressatis.

Facta collatio per magistrum Sycardum et me G[eraldum] de Albussaco cum quaterno simili, quem portaverunt secum nuncii regii. Ger[aldus].

1333. **61327.** — Supplicationes dictorum nunciorum pro dicto negocio factæ post responsiones supplicationibus per eosdem nuncios S.A. oblatis. (*A.* 44, f. 182*a* et *b*).

[f. 182*a*] Sane sciendum est quod post responsiones factas supplicationibus per nuncios predictos oblatis, iidem nuncii supplicationes subsequentes exhibuerunt; quibus fuit pro parte domini nostri pape responsum, prout in fine earum cujuslibet continetur.

Rex per suum procuratorem assumet passagium a Sede Apostolica indicendum. Procurator jurabit quod infra certum terminum iter arripiet illudque prosequetur realiter et personaliter justo ac legitimo impedimento cessante, de quo duo prelati a Sede Apostolica deputandi se informabunt et declarabunt, prout plenius continetur in nota super hoc prolocuta. Circa quod nuncii regii supplicant quod circa casum qui sequitur, si eveniret, quod absit, videlicet si prelati illi declararent illud impedimentum justum et legitimum non esse seu fuisse, et forsitan informatio vel saltim declaratio facte erunt post lapsum termini, infra quod iter predictum debuerit arripi, vel ita prope illum terminum quod rex infra illum iter arripere comode non posset, et rex, motus bona conscientia et intentione sine quacumque malitia credens se habere justum et legitimum impedimentum, prosecutus est informationem et declarationem hujusmodi, confidens justum esse quod bene debet presumi propter juramentum ab eodem per suum procuratorem pro eo prestitum, ne rex illo casu notaretur perjurio et infamia pro tempore quo bona fide informationem et declarationem hujusmodi fuerit prosecutus, et quod post illam declarationem habeat tempus aliquod a dictis moderandum prelatis, infra quod, cessante justo impedimento, iter predictum arripiet, per Sedem Apostolicam provideatur eidem.

Dominus [1] papa respondit quod non videtur sibi faciendum, sed si volunt nuncii quod ponatur in consistorio, ponetur.

[f. 182*b*] Item circa id quod in dicta nota circa reddendam a dictis prelatis rationem Sedi Apostolice continetur, dubitant nuncii regii ne ille articulus possit transire in Francia, maxime prout jacet, tum quia in presentia regis et sui consilii dictum fuit quod prelati non redderent rationem, sicut per.. archiepiscopum Rothomagensem et.. dominum de Avalgoria scriptum erat.

Dominus papa respondit quod deliberatum erat quod fiat, ut est responsum.

Item videtur equum eos ad rationem reddendam non teneri, cum sint jurati et approbate persone. Rex etiam jurabit, prout extitit prolocutum, maxime quod teneantur in suis scripturis minutas particulas exhibere. Presertim pro illo tempore quod erit, antequam constet regem ab arreptione itineris impediri, et antequam residuum illud, quod tunc restabit, sit dictis assignatum prelatis pro tempore etiam quo jam misissent in grosso quantum receptum et quantum fuerit expensum, et forsitan non haberent scripturas illas partium minutarum, cum ab initio non recipiant pecuniam decimarum et aliorum subsidiorum, sed certi burgenses, et forsan rex verbo, non litteris, precipiet expensas fieri et pecunias liberari litterereque, si haberentur, perdi possent, gravarentur etiam prelati de mittendo rationem in grosso.

Item regi grave non modicum videretur quod expense, quas bona fide faciet, prout juraverit, in discutione Sedis Apostolice reducantur, ex quo posset materia dissensionis inter Ecclesiam et regem, quod absit, magnumque periculum et scandalum suboriri, esset etiam nimis grave, ubi et qualiter fuerit, expensa singula perscrutari et secreta rei familiaris factorumque regiorum perquiri. Et si prelati redderent rationem que petitur, esset proinde, sicut si rex eam redderet, quoad certificationem partium tam in grosso quam etiam minutarum. Advertatur etiam quod nunquam talia facta nec petita fuerunt. Nec credunt nuncii quod inveniantur prelati qui ad hoc se vellent quomodolibet obligare. Quare placeat domino nostro pape super hiis providere. Non videretur tamen incongruum, si de residuo prelatis assignando predictis et de collectis postmodum et expensis dominus noster certificari velit ad plenum.

Dominus papa respondit quod juxta deliberationem fratrum responsum est, sed si volunt aliam responsionem super hiis, paratus est ponere in consistorio, super quo vult scire responsionem nunciorum.

1. *In margine scribitur* : Responsio apostolica.

8 (VIII id.) *maii 1320* (a. IV) et *februario mense 1321.*

61328. — Processus contra Bertrandum de Guto, vicecomitem Leomaniæ et Altivillaris, et alios qui asportaverunt res preciosas et pecunias thesauri Cameræ Apostolicæ quas bo.me. Clemens papa V ad castrum Montilii et alia vicina loca per S.M. Novæ cardinalem deponendas et conservandas transmiserat. « In nomine Domini. Dudum quidem ad nostrum auditum... » (*A.* 44, f. 183^{a}-187^{b}; St. Baluze, *Vitæ Paparum Avenionensium*, éd. G. Mollat, Paris, 1921, t. III, p. 900; F. Erhle, dans *Archiv fur Literatur-und Kirchengeschichte*, t. V (1889), pp. 35-57).

XXVII *maii 1320, et diebus sequentibus* 1316.

61329. — Sequuntur inquisitiones circa dictos processus factæ. (*A.* 44, f. 188^{a}-250^{b}; F. Ehrle, *ut s.*, pp. 38-90).

61330. — Descriptio rerum inventarum in thesauro apostolico. (*A.* 44, f. 251^{a}-265^{b}).

61331. — Fragmentum statutorum et privilegiorum concessorum monachis. « De privilegiis et rebus aliis ». (*A.* 44, f. 269^{a}-279^{b}).

Imp. F. Boisseau, 34, rue du Taur, Toulouse.

7 0 0 5 4

v. 11-12

25844

Johannes XXII - Lettres communes.

v. 11-12

PONTIFICAL INSTITUTE
OF MEDIAEVAL STUDIES
59 QUEEN'S PARK
TORONTO 5. CANADA

25844